Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0001-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0002-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0003-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0004-8

1704.

1. Boettnerus, Gottfried: De eruditis studiorum intemperie mortem sibi accelerantibus.

2. Gleichius, Jo. Tobias: De Optimi Salvatoris Jesu Christi Cruce.

3. Gleich, Jo. Tobias: De singularibus quorundam Theologorum fatis (Supplem. 1704 u. 1714.

4. Grebnerus, Mich. Hans: De eo, quod justum est circa feras ex custodia dilapsas.

5. Hanschius, Michael Gottlieb: De mortalitate cogitationum humanarum.

6. Hennenberg, Joh. Christ: An mulier violentum pudicitiae invasorem salva conscientia possit occidere?

7. Proclius, Immanuel: Quid sit honeste vivere secundum

8. Kemmerich, Dieter. Herm: De corona Borussiae Friderico regi et Electori a Deo data.

1704.

9. Menckenius, Ludovicus: De feudo ex pacto cum simultanea investitis alienabili.

10 Menckenius, Ludovicus: Tractationis synopticae processus juris communis et inprimis Saxonici Electoralis disputatio I.

11. Menckenius, Ludovicus: Tractationis synopticae processus juris communis et inprimis Saxonici Electoralis disputatio III.

12. Philippus, Fides: De revocanda donatione ob ingratitudinem.

13. Poeckels, Georgius Andreas: De interrogatoriis eorumque in foro usu.

14 Tilius, Gottlieb Gerhard: De dominio, in rebus occupatis, ultra possessionem, durante

15 Uhsens, Erdmannus: De magnis aestimandis academiis

1704

16. Wagner, Joh. Matthaeus: De juribus ecclesiasticis magistratui politico a Romano ~~politico~~ pontifice ereptis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0007-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0008-0

W1534.

XX

1704, 11

# TRACTATIONIS SYNOPTICÆ PROCESSUS JURIS COMMUNIS ET INPRIMIS SAXONICI ELECTORALIS

*DISPUTATIO TERTIA*

QUAM

INDULTU

MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS

IN

ACADEMIA LIPSIENSI

*SUB PRÆSIDIO*

DN. D. LÜDERI MENCKENII,

PROF. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PROVINC. ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,

PATRONI ATQUE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM

PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI

SUBMITTET

JOH. FRIED. TROPPANNEGER,

DRESDENS.

*AD D. XI. SEPT. A. M DCC IV.*

---

*LIPSIÆ,*

Typis IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0009-0

# VIRO
# PRÆNOBILISSIMO, CONSULTISSIMO
*ATQUE EXCELLENTISSIMO*
# DOMINO
# DN. ABRAHAMO CHRISTOPHORO PLAZIO,
HÆREDITARIO IN MOCKAU,
JCTO CELEBERRIMO,
SUPREMÆ CURIÆ PROVINCIALIS ADVOCATO ORDINARIO
AMPLISSIMIQUE SENATUS LIPSIENSIS
CONSILIARIO MERITISSIMO
*MOECENATI SUO OPTIMO MAXIMO,*
UT
PRO INSIGNI BENEFICIORUM CUMULO
TENUE MONUMENTUM EXIGERET,
HASCE JURIS PRIMITIAS SACRAS ESSE VOLUIT
PERENNE
SIBI INPOSTERUM QUOQUE EXORATURUS
PATROCINIUM.

JOH. FRIDERICUS TROPPANNEGER.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0010-1

# ORDINATIONIS PROCESSUS SAXONICI ELECTORALIS.

## TIT. I.
## DE
## OFFICIO JUDICIS.
## Vom Richterlichen Ammte.

EXpendimus Diſp. I. & II. quæ ad Prolegomena pertinere duximus, nunc ad ipſam Ordinationem Proceſſus Saxonici deferimur, conſideraturi Titulum Primum, ubi commodiſſime *Judicum I. Habilitatem, II. Diverſitatem, III. Competentiam, IV. Officium tam in genere, quam in ſpecie*, pro inſtituti ratione, *excutiemus*.

I. Judex eſt, qui authoritate publica cauſas cognoſcit & definit. *a. l. 1. ff. ad Leg. Jul. ambit. l. 1. ff. d. re jud.* Judicis Habilitatem examinaturi requirimus, ut ſit nec impeditus nec prohibitus. *Impeditis accenſetur perpetuo furioſus, impubes, mutus, ſurdus. l. 12. §. 2. ff. d.* — Judex quid?

 judic.

Cœcus poteſt fieri judex.

judic. non (1) *Cœcus*, qui judicandi officio fungi poteſt. *l.6. ff. eod.* cum deficiens oculorum acies animi prudentiæ facultatique juſtum ab injuſto diſcernendi non obſit. *a. l. 2. §. 7. ff. d. vacat. vel excuſat. mun.* adeoque judicem eum conſtituere licet, & ſuſceptum munus, ſuperveniente cœcitate, retinet; illa verò, quæ ocularem inſpectionem deſiderant, veluti fines cognoſcendi. *l. 8. §. 1. ff. fin. reg.* ſcripturæ comparandæ. *l. 20. C. d. fid. inſtrum.* ſub tortura hærentium vultus geſtusque attendendi. *l. 10. §. 5. ff. d. quæſtion.* per Aſſeſſores idoneos expediuntur. DUAREN. *diſp. anniverſ. l. 1. c. 23.* ZANGER. *d. Except. Part. 2. c. 4. n. 45. ſeq.* Dn. STRYCK. *d. Jure Senſuum Diſſert. 2. c. 4. n. 8. ſeq.* diſſ. BARTOL. *ad l. 6. ff. d. judic. n. 1. j.* BALD. *ad l. Statutis. C. d. Sententiis ex brev. rec. n. 4.* At ſi cohæreat muneri Judicis Magiſtratus, officium quidem, quod ſuſcepit, conſervatur, ſed ad novum Magiſtratum, ut dignitatis & ſplendoris habeatur ratio, fruſtra aſpiratur. *a. l. 1. §. 5. ff. de poſtul. l. 6. ff. d. mun. & hon. j. c. 25. X. d. jurejur.* DON. & HILLIG. *l. 17. c. 24. lit. p.* STRUV. *S. J. C. Ex. 9. th. 10.* RITTERSH. *ad Nov. Part. 9. c. 6. n. 60. ſeq. etiam hodie* regulariter. SCOTAN. *Colleg. Jur. Diſp. 22. th. 4.* Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Judic. §. 7.* conf. SCHILT. *ad π. Ex. 10. th. 23.* Præterea *Judex eſſe haud impeditur* (2) *Pubes*, qui, *18. annis major*; aut Magiſtratum gerit, aut à partibus ætatem ſcientibus electus eſt. *l. 57. ff. d. re jud.* aut à Principe datus. *c. 41. X. d. Offic. Jud. deleg. j. l. 1. §. 3. ff. d. poſtul.* ILIC. UMM. *Diſp. Proc. 1. n. 49.* BOCER. *claſſ. 6. Diſp. 2. th. 22.* Quamvis autem ſpecialia Provinciarum Germaniæ aliarumque Jura quandoque in Judice majorennitatem deſiderent. LAUT. *ad π. t. d. Judic. th. 36.* GANZALEZ TELLEZ. *ad c. 41. X. de officio Jud. del. n. 4. inf.* non tamen id generaliter

non Magiſtratus.

etiam hodie.

18. annis major Judex eſſe quát. poſſit Jur. Civ.

ter receptum & à Jure Civili receſſum eſſe putamus. Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Judic.* §. 8. nec Gloſſæ des Landr. *l. 1. art. 55. n. 5. verb.* nicht unter 21. Jahren. tantum tribuimus, ut majores in Saxonia Judices ſimpliciter requiri exiſtimemus. *a. l. 27. C. d. teſtam. Conſt. 1. §. 6. C. d. V. J. E.* licet tutisſime à minori Judice abſtineri facile largiamur. *a. l. 41. ff. d. recept. qui arb. recep.* & arbitrum 20. annis majorem eſſe debere concedamus. *a. d. l. 41.* GONZALEZ TELLEZ. *d. l. n. 4. in fin. j. l. 3. §. 1. ff. d. recept. qui arb. recep. l. 27. §. 2. ff. eod.* LAUT. *ad π. t. d. recept. qui arb. th. 23.* nec non judicem delegatum, qui à non Principe datur, niſi in 18. annos natum partes ſcientes in conſenſerint. *c. 41. X. d. offic. Jud. del.* LAUT. *t. d. jud. th. 36.* UMM. *d. l.* LINCK. *ad Decret. l. 2. t. 1. §. 5. num. 2.*

*& hodierno regulariter.*

arbiter *eſſe debet 20. ann.*

*it. judex à non Principe delegatus J. Can.*

II. Judices eſſe nequeunt impediti, de quibus egimus, aut prohibiti. *Prohibentur* vero *Judicis officium gerere alii Lege, alii Moribus. l. 12. §. 2. ff. d. jud. Lege* (1) *Senatu moti. d. l.* ob turpitudinem ſcilicet. *l. 2. ff. d. Senator. j. l. 7. C. quand. provoc. non eſt neceſſ. l. 15. §. 1. ff. d. judic.* RITTERSHUS. *ad Nov. Part. 9. c. 6. n. 51. ſeq.* unde is, qui Senatu motus eſt, eò quod publico expediebat minui Senatorum numerum, Judicis partibus fungi haud vetabitur. HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 24. lit. R.* (2) *Infames*, Jure quidem veteri non ſimpliciter arcebantur à Judicandi officio, tanquam munere publico. *a. l. 18. §. 14. ff. d. mun. & hon. l. 6. §. 1. ff. ad Leg. Jul. repetund. j. l. 7. ff. d. publ. Jud. l. 12. §. 2. ff. d. judic. l. un. C. d. infam.* verum, poſteaquam dignitatibus plenius accenſeri & Magiſtratus obeundi portio plerisque in locis conſtitui cœpit judicandi poteſtas, tam juris quam facti infamia laborantes ad Judicis honorem non admisſi ſunt. *a. l. 2. l. 12.*

Prohibentur eſſe Judices 1) Senatu moti *ob turpitudinem.*

*non eò quod minuendus erat Senatorum numerus.*

(2) infames.

*poſteaquam dignitatibus accenſitum Judicis officium.*

*C. d. dignit. l. 2. ff. d. off. Aſſeſſ. l. f. C. quand. provoc. non eſt nec. c. 1. III. q. 7. c. 59. X. d. Appellat. Ord. Cam. P. 1. t. 3. §. 2.* CARPZ. *Dec. 111. n. 2. ſeq.* FROMM. *Diſſert. de Lev. not. mac. th. 47.* HEIG. *P. 1. q. 41. n. 52. ſeq.* VANT. *d. nullitat. ſentent. ex defect. Juriſd. deleg. num. 44. p. m. 271.* ZANGER. *d. Except. P. 2. c. 4. n. 49. ſeq.* HILLIG. *ad Donell. d. l. tit. R.* UMM. *diſp. 1. ad. Proc. num. 51.*

ſunt. *niſi æque idonei deficiant.* quod ſi vero æque idonei deficiant, urgente neceſſitate, & ſpurios e. g. Scabini officio admoveri fas eſt. *a. l. 3. §. 2. l. 12. ff. d. Decur. j. l. 6. ff. eod. conf.* Policey-Ordn. *d. A. 1661. t. 21. §. 4. C. S. p. 1131.* conſ. HEIG. *d. l. n. 53. ſeq.* FROMMAN. *Diſſert. d. lev. not. mac. th. 48.* conf. MODEST.

3.) Imperiti juris. PISTOR. *V. 1. Conſ. 46. n. 8.* (3) *Imperiti Juris* nequeunt eſſe Judices. *a. N. 82. pr. c. 1. §. 1. j. pr. I. d. offic. jud. a. l. 17. C. d. judic.* exacta tamen peritia haud requiritur, ſed ea, quæ cauſæ ſufficiat dirimendæ; unde militares homines adhibiti. *d. l. 17.* & ex negotio cognoſcendo, ad commercium vel artem certam pertinente, æſtimata ſcientia. *l. f. C. d. juriſd. j. l. 12. ff. d. ſtat. hom.* imo Judicibus imperitis authoritatis gratia, ſimilemve ob rationem, conſtitutis ſubventum non raro per Aſſeſſorum aliorumque peritorum curam. *a. l. 2. ff. quod quisque jur. in alt. ſtat. j. l. 79. §. 1. ff. d. judic. Nov. 82. c. 1. §. 1.* JOH. CORAS. *Miſcell. lib. 5. c. 19.* UMM. *ad Proc. Diſp. 1. n. 48.* HOTOMANN. *illuſtr. q. 28.* HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 24. lit. e.* idemque *hodie* ſæpe attendi videas. RITTERSHUS. *ad Nov. Part. 9. c. 6. n. 71.* HILLIG. *ad Donell. d. l. lit. e. f.* de repertoribus ſententiarum, den Findern *vid.* MEV. *ad Jus Lub. P. 5. t. 1. art. 1. n. 5. ſeq.*

*peritia tamen ex qualitate perſonæ & cauſæ æſtimanda eſt.*

*etiam hodie.*

Moribus prohibentur Judices eſſe 1) Servi. III. *Moribus arcentur à Judicis Officio* Servi & Fœminæ, quia receptum eſt, ut civilibus officiis non fungantur *l. 12. §. 2. ff. d. judic.* & quidem (1) *Servi* pro

nul-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0014-4

nullis Jure Civili habentur. *l. 32. ff. d. R. J.* mortuis ſimiles. *l. 209. ff. eod. j. l. 6. C. d. Judic.* adeoque nec munus judicis gerere queunt. *l. 2. ff. d. R. J. l. 18. §. 14. ff. d. mun. & honor.* Quod ſi vero pro liberis habiti ſint officio Judicis admoti, judicata ab ipſis, propter ſalutem publicam, conſervabuntur. LEG. *Barbarius Philippus. 3. ff. de offic. Prætor. j. l. 2. ff. d. itin. actuque privat.* VANT. *d. Nullitat. ex defect. Jurid. deleg. n. 74. p. m. 280.* BRUNN. *ad d. l. n. 5.* (2) *Fœminæ* Judices eſſe non poſſunt. *l. 12. §. 2. ff. d. jud.* id quod ob facilitatem ac imbecillitatem Sexus, & ne virilibus officiis fungerentur aut immixtæ viris verecundiam ſexus egrederentur, introductum videtur. *a. l. 1. §. 5. ff. d. poſtul. l. 18. C. d. Procurat. l. 2. ff. d. R. J.* niſi 1) Jurisdictionem patrimonialem habeant. *a. Cap. 4. X. d. arbitr.* quam, ſi conſvetudo id ferat, per ſe ipſas exercent. *a. d. c. j. Judic. c. 4. §. 4.* ZANGER. *de Except. P. 2. c. 4. n. 63.* VANT. *d. Nullitat. ſent. ex defect. Jurisd. deleg. n. 73.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c. 4. X. d. arbitr. n. 5. 6. 11.* ſubſidio, cum res exigit, conſiliariorum item curatorum adhibito. *a. Judic. cap. 4 verſ. 6. ſeq. P. 2. Conſt. El. 15.* ILIC. UMM. *ad Proc. Diſp. 1. n. 53.* HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 24. lit. t.* vel per maſculos negotio perficiendo idoneos, ut Directores Judiciorum & perſonas judiciales ſimilesve. *a. Ord. Crim. art. 2.* HILLIG. *d. l.* conf. Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. judic. §. 9.* 2) Lex aut conſvetudo fœminas ad Judicis officium admittat. *a. c. 10. X. d. major. & obedient.* nam introducta moribus prohibitio à Sexu petita contraria conſvetudine aut lege aboleri poteſt. *a. l. 12. §. 2. ff. d. jud. j. §. 11. Inſt. d. Jur. Nat. Gent. & Civ. l. 80. l. 100. ff. d. R. J.* RITTERSH. *ad Nov. Part. 9. c. 6. n. 56.* GONZALEZ TELLEZ.

*eorum judicata tamen, cum pro liberis habiti ſunt, conſervabuntur.*

2.) Fœminæ.

*niſi 1) Jurisdictionem habeant patrimonialem.*

*2) Lex aut conſvetudo aliud receperit.*

*ad c. 10. X. de major. & obed. n. 9. ſeq.* MULLER. *ad Struv. S. J. C. Ex. 9. th. 10. in annot. inf.*

Judex *hodie inprimis* eſt l. Ordinarius l. Extraordinarius.

Judex Ordinarius *quid?*

IV. *Judicis Diviſionem*, Uſui Hodierno inprimis apud nos convenientem, *propoſituri alium dicimus eſſe Ordinarium alium Extraordinarium. Ordinarium h. l. appellamus Judicem*, in ſenſu lato, eum, qui generaliter & ſuo jure judicat. *a. c. 3. 9. X. d. offic. Jud. ord.* quamvis enim Jurisdictionis vocabulum & Judicis præcipue ad illos, qui merum judicandi officium ſuo jure ſuſtinent, tanquam Judices Ordinarios, referri ſoleat; attamen Statibus Imperii etiam id nominis eminenter, & tanquam fontibus Jurisdictionis in ſuo territorio, tribui poteſt. *a. Inſtrum. Pac. Oſn. & Mon. art. 8. pr. §. 48. j. R. J. d. A. 1555. §.* Damit auch, *20. item d. A. 1654. §.* wann ſie auch. *109. conf.* R.H.O. *t. 1. pr.* & MAURIT. *d. Jud. Aul. th. 7.* ZIEGL. *d. Jure Maj. l. 1. c. 18. th. 5.* CARPZ. *Pr. Cr. q. 62. n. 20.* LYNCK. *d. Jur. Epiſc. c. 11. n. 37. ſeq.* Itaque hoc ſenſu *Judex* eſt vel Immediatus vel Mediatus. *Immediatus* Jure Superioritatis Territorialis judicat. Atque ſic Regimina Principum Imperii ipſum Principem quodammodo repræſentant, & vice illius judicandi munus peragunt. *fac. l. 33. §. 5. C. d. Epiſc. & Cleric.* LANG. *Iſagog. ad Proc. c. 36. n. 22.* Nam licet Appellationum Uſus, etiam in caſu aperte denegatæ vel protractæ Juſtitiæ, ad Cameram Imperialem vel Judicium Aulicum. R. H. O. *t. 2. §.* ſo wollen wir. *j. A. B. c. 11. Ord. Cam. P. 2. t. 26.* MAURIT. *d. Poteſt. Princ. th. 17. & 23.* una cum Jure Territorii, Statibus dependenter ab Imperatore & Imperio competente. *a. A. B. c. 1. §. 8.* KULPIS. *ad Monzamb. Part. 2. c. 5. §. 28.* ITTER. *d. feud. Imp. c. 8. §. 16.* VITRIAR.

*Talis dici poteſt etiam Dominus Territorii.*

*qui Judex Immediatus appellabitur.*

*quamvis Superioritas Territorialis dependenter competat.*

TRIAR. *Inſtit. Jur. Publ. l.3 t. 15. §. 8.* conf. LAMPAD. *de Rep. Rom. Germ. Part. 3. c.3. §.6. ibique* CONRING. *in annot. p. 140.* nec non Judiciorum Imperii auctoritas. *O. C. P. 1. t. 57.* Homagii vinculum, & reliquus inter Caput Imperii & Membra nexus. *J. P. O. & M. art. 5. §. 1.* conf. KULP. *d. Unitat. Reip. in S. R. Imper. c. 2.* haud obſcure evincat, Dominos Territorii quoque intuitu Jurisdictionis ſuæ agnoſcere Superiorem; nihilominus, Majeſtati æmula, Territorialis Superioritas efficit. *a. J. P. O. & M. art. 8. §. 1.* in relatione ad illos, qui Domino Territorii ſuam judicandi poteſtatem acceptam ferunt, & jure proprio, veluti per inveſtituram aut privilegium, facultatem jus dicendi nacti ſunt, ut hi mediatè, Superioritate Territoriali pollentes autem immediate, iſtam exercere cenſeantur. CARPZ. *Proc. T. 2. art. 2. n. 28. ſeqq.*

quia eſt Majeſtati æmula.

V. *Immediate* igitur & Jure Superioritatis Territorialis *Judicat Sereniſſimus Elector Saxoniæ* I. *In Senatu Aulico*, dem Hoff-Rathe/ *& Appellationum Judicio*, dem Appellation Gerichte zu Dreßden. *Quæ inter ſe differunt*, *nam* (1.) in Regimine Aulico *diverſi ſunt Aſſeſſores* ab iis, qui Senatui Appellationum adhibentur, niſi quod bini è Conſiliariis Nobilibus hujus Summi Regiminis vacare ſolent iſtis pro Juſtitia Curis. CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 58. conf. Appellation-*Ordn. *d. A. 1605. t.* wie viel und was für Perſonen. *C. S. p. 845.* (2.) *Coram Senatu Aulico* Proceſſus aperitur, Libellus exhibetur, citatio expeditur, amicabilis compoſitio tentatur. *Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 12. 13. C. S. p. 1030.* cauſæ cognitio fit, Reſcripta & Decreta, prout res exegerit, emittuntur, ſententiarum in Appellationum

*Immediate judicat El. Sax. in Sen. Aul. & Appellat.*

*Differentia Senatus Aulici & Appellationum petita* 1.) a diverſitate Collegiorum.

(2.) a directione Proceſſus, quæ Senatui Aul. & pronunciatione Sententiarum, quæ Judic. Appellat. vindicatur.

 Judicio

Judicio latarum publicatio ſuſcipitur, Leuteratio & Ober-Leuteratio regulariter admittitur vel rejicitur: verum *in Senatu Provocationum* tam Appellationes, quam cauſæ ad eundem in prima inſtantia per Regimen Aulicum remiſſæ, aut in Judicio Appellationum voluntate partium, prætermiſſa Inſtantia prima, ventilatæ deciduntur, *Terminis* ſolennibus *Trinitatis Æſtivo*, *Martini* Hyberno Tempore, quorum uterque ſerius, quam olim, ſcilicet Menſe Auguſto & Januario capere ſolet exordium. *vid. Appellat.* Ord. *d. A.* 1605. *t.* wer vor unſer *Appellation*-Gericht. §. und weil §. und mögen. *j. t.* wo und zu welcher Zeit das *Appellat.* Gericht. §. und ſollen. *conf.* Casp. Ziegl. *d. Schrifftſaſſ. & Amtſaſs. concl.* 2. *n.* 7. 8. Interim *in eo Conſpirat utrumque Judicium*, quod 1.) Nomine Electoris Sereniſſimi Sax. & nunc Regis noſtri Clementiſſimi Decreta, Reſcripta, Sententiæ Similiaque prodeunt, *niſi cauſa principaliter Regis* & Electoris noſtri *intereſſe concernat*, tunc enim publicatio ſub Nomine Domini Præſidis & Conſiliariorum expeditur. *Appellat.* Ordn. *t.* von Verfaſſung und *publicirung* der Urthel. *C. S. p.* 859. 2) Idem in utroqve Judicio Sigillum uſurpatur. 3.) Ab illius Decretis, Reſcriptis Sententiisque Appellandi facultas haud indulgetur. *Appell.* Ordn. *t.* wer vor unſer *Appellat.* Gericht. §. und weil. Carpz. *Proc. Tit.* 2. *art.* 2. *n.* 67. *& præced.*

*Conſpirat Jud. Aul. & Appell. dum* 1.) Nomine El. Sax. cauſæ expediuntur.

2) Idem Sigillum adhibetur.

3) Appellare haud permittitur.

*Immed. Jud. II. in Curiis Provincialibus, Wittenbergenſi.*

VI. *Immediatis Judiciis accenſentur II. Curiæ Provinciales*, Wittenbergenſis & Lipſienſis, *Wittenbergenſis* ſoli *Circulo Electorali*, im Chur-Creiße/ Jus dicit *Terminis Erhardi*, *Quaſimodogeniti*, *Viſitationis Mariæ & Michaelis*. Hoff-Gerichts-Ordn. zu Wittenberg

berg. *t.* zu welcher Zeit/und wie offt das Gericht. *C. S. p. 137. Lipſienſis* vero Suprema appellatur. das Ober-Hoff-Gerichte/ non ratione poteſtatis, ſed amplitudinis, quia cœteris præeſt *Circulis*, *Thuringico*, *Miſnico*, *Lipſienſi*, *Montano*, *Vogtlandico*, nec non *Neoſtadienſi.* conf. R. I. Spir. d. A. 1570. §. Wann auch. 38. Hæc vero Curia judicat *Terminis Reminiſcere*, *Trinitatis*, *Crucis & Luciæ*, illique concurrens Jurisdictio cum Regiminibus ſupra laudatorum Saxoniæ Ducum in Portionibus ipſorum hæreditariis (in ihren Landes-Portionen) tributa. Chur-und Fürſtl. Sächſ. Herren Gebrüdere Haupt-*Receſs d. A. 1657. t.* Fürſtl. Regierung. adeoque, ſi Principes illi novos conſtituant Schrifft-Saſſios. *a. l. 1. C. d. his. qui à Princ. vacat. impetr.* CASP. ZIEGL. *ad Calvol. Prax. §. Schrifftſaſs. & Amtſaſs. concl. 1. n. 18.* iidem in memorata Curia quoque forum ſortiuntur. *a. l. 1. §. 1. ff. d. legat. præſt. l. 8. ff. d. publ. in rem act.* interim à Sententiis in Curiis hiſce latis datur ad Senatum Aulicum Provocandi licentia. Itaque partes litigantes beneficio inferioris inſtantiæ fruuntur, ſiquidem Jure de non appellando Curiæ Provinciales. *Appellat.* Ordn. *d. A. 1605. t.* wer vor unſer *Appellation*-Gerichte. §. deßgleichen. §. und weil. OHGO. *t.* wann und wie die Leuterung und *Appellation.* CARPZ. *Proc. t. 2. art. 2. n. 114.* & Regimina Principum in Superioribus commemorata haud fruuntur. *v.* Chur-und Fürſtl. Sächſ. Herren Gebrüdere Haupt-*Receſs. t.* Fürſtl. Regirung.

> *Lipſienſi*, hæc dicitur das Ober-Hoff-Gerichte.
>
> habet concurrentem Jurisdict. cum Reg. VVeiſs. Mersb. & Zizenſi. in Portion. Hæreditariis.
>
> etiam quoad Schrifft-ſaſſios.
>
> à Curiis Appellari poteſt ad Jud. Aul. Dresd.
>
> it. à Regim. Princ. ſupra laudatis.

VII. *Curiæ*, quas diximus, *Provinciales Jurisdictionem concurrentem habent cum Judicio Aulico*, adeo ut Princeps, quoad Jura & reditus Præfecturarum, Judiciis illis quoque ſe ſubmiſerit. OHGO. *t.* wer vor

> *Curiæ cum Jud. Aul. Dresd. habent concurrentem Jurisdict.*

unſer Ober-Hoff-Gerichte. §. ſo. unde in iis cauſis ipſo jure abſoluti ſunt Conſiliarii & Aſſeſſores à juramento illi præſtito. *Appellat.* Ordn. *t.* Eyd des *Præſ.* und Beyſitzer. §. auff daß ſie. OHGO. *t.* Eyd des Hoff-Richt. und Beyſitz. §. Darauff. Wittenb. Hoff-GO. *t.* wer vor das Hoff-Gerichte. §. darzu. conf. Carpz. *Proc. t. 2. a. 2. n. 70. 112.* Berl. *P. 1. Concl. 3. n. 7.* Verum iſte Concurſus, juxta diverſitatem Circulorum indicatam, obtinet, ita ut optione gaudeat Actor, utrum Reum in Curia, cui ſubeſt, an vero in Regimine Dresdenſi convenire malit, id quod in *Ord. Appell. d. A. 1605. t.* wer vor unſer *Appellation*-Gerichte. §. desgleichen. expreſſum verbis: Vor die (Hoff-Gerichte) gleichergeſtalt alle die/ſo vor uns zu geſtehen ſchuldig/vorgeladen werden mögen/ ideoque Præventioni locus eſt, atque hinc colligitur omnes (die auff ſonderliche Schrifft und Cantzeley ſitzen) Schrifftſaſſios ſcilicet Comites, Barones, Equites, Nobiles, Senatus Civitatum, & Judices Præfecturis non ſubjectos, in iis conveniri poſſe. *d. t. pr. j.* OHGO. *t.* wer vor das Ober-Hoff-Gerichte. §. ſo. *C. S. p. 131.* Wittenb. HGO. *t.* wer vor das Hoff-Gerichte möge geladen werden. Atque hoc forum Parentibus competit illorumque filiis, cum dignitatis intuitu Patri ſuo pares eſſe cenſeantur. *a. l. 4. ff. d. recept. qui arb. recep. j. l. 11. ff. d. lib. & poſthum.* Carpz. *Part. 4. Conſt. El. 43. d. 11.* Modest. Pist. *q. 169.* Casp. Ziegl. *ad Calvol. Prax. §. Schrifftſaſſ. & Amtſaſſ. concl. 2. n. 12.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 303. ſeq.* Licet autem in Senatu Aulico & Curiis Provincialibus noſtris Simultanee inveſtiti, vi obſervantiæ, præſtiti Homagii, ac fluentis inde pleniſſimi Juris Landſaſſia-

in Schrifftſaſſiis.

eorumque filiis

Simultanee inveſtiti in Sax. El. conveniri queunt etiam perſonali act.

ſaſſiatus, etiam perſonalibus, & feudum haud concernentibus, actionibus queant conveniri. *a. l. 24. ff. ad municip. l. 32. §. 1. ff. d. legib. conf.* Torgauiſ. Ausſchreiben *d. A. 1583.* §. und dieſes. §. iedoch. *C. S. p. 483.* Carpz. *l. 6. Reſp. 115. n. 19. ſeq. id. Dec. 179. n. 1. ſeq.* Schilt. *ad π. Ex. 13. §. 27.* Berl. *P. 1. concl. 3. n. 13.* iſtud tamen forum ad filios illorum haud tranſit, qui ſpem inveſtituræ poſt fata Patris conſequendæ habent, non verò eam impetrarunt, nec juramentum fidelitatis cum homagio præſtiterunt. *conf. Conſt. El. Nov. 4.* §. alſo. *A. C. S. p. 69. a. l. 14. l. 16. ff. d. legib.* Carpz. *l. 2. Reſp. 12. n. 14. ſeq.* Struv. *obſ. feud. c. 16. obſ. 6.* Bechm. *Exerc. Feud. 4. n. 62. p. m. 113.* Addatur Limitatio aus der Chur- und Fürſtl. Sächſ. Herren Gebrüdere Haupt-*Receſs. d. A. 1657. rubr.* wie ſich die Chur- und Fürſtl. Schrifft- und Amt-S. zu verhalten. §. wann ein Amtſaſſe. *6. &* Schilt. *Comment. de Landſaſs. in Coroll. p. m. 456.*

in Jud. Aul. & Cur. Prov.

ſed hoc in filiis illorum non obtinet.

VIII. Itaque *Subditi Mediati*, ſive nobiles ſive cives, ſive ruſtici, Præfecturis, Civitatibus, Nobilibus ſimilibusque, ratione Jurisdictionis, ſubjecti *in Jud. Aul. & Cur. Prov. conveniri non poſſunt*, ſed exceptione Primæ Inſtantiæ optimo jure ſe tuentur. *Apellat.* Ordn. *d. A. 1605. t.* wer vor unſer *Appellation* Gericht. §. alle. OHGO. *t.* wer vor das Ober-Hoff-Gerichte. §. Es ſollen. Wittenb. HGO. *t.* wer vor das Hoff-Gerichte. §. ſo mag. *niſi 1.)* fuerit deducta Judicum denegatio vel protractio Juſtitiæ. *dd. §. §. j. c. extranſmiſſa. 6. x. d. for. comp. 2.)* partium iniqua protelatio litis remiſſionem cauſæ à Judice Inferiore ad Superiorem expoſcat. OGHO. *d. t.* §. wo auch. *j. c. 68. x. d. Apellat.* Ziegl. *ad Prax. Calv. §. Schrifftſaſſ. & Amtſ. concl. 1. n. 13.*

*Subditi mediati in Jud. Aul. & Cur. non conveniuntur.*

*niſi 1)* protracta vel deneg. fuerit Juſtitia.

*2)* partium protelatio id deſideraverit.

conf. MOLLER. *Sem. l. 2. c. 30.* SCHILT. *ad ff. Ex. 1. th. 18.* 3.) cauſa per viam Appellationis ad Judicium Superius devolvatur. *Apellat.* Ordn. *t.* wer vor unſer *App.* Ger. §. und mögen. OHGO. *t.* von *Apellation* ſo an das Ober-Hoff-Ger. NICOL. *Proc. Part. 1. c. 1. n. 17.* ZIEGL. *ad Prax. Calv. §. Schrifftſas. & Amtſaſſ. concluſ. 1. num. 14. & præc.* 4.) Schrifftſaſſius Amtſaſſium in Judicio Curiali convenerit, & ab eodem illic reconveniatur. *c. 1. x. d. mut. petit. l. 14. C. d. Sent. & interl.* ZIEGL. *d. l. n. 15.* BERL. *P. 1. Concluſ. 3. num. 11.* 5.) ob conexitatem cauſæ coram Judice Superiore ligitetur, veluti ratione perſonarum, quando Schrifftſaſſius & Amtſaſſius eadem Actione, citra captioſam adjunctionem, conveniuntur. *a. l. 5. C. arb. tut. c. f. x. d. reſcript.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 16.* GAIL. *l. 1. Obſ. 32. n. 4.* r. juris & facti. *a. l. 10. C. de Judic.* v. g. quoties de Expenſis Procuratori, Honorariis Advocato ſolvendis, judicatur in Judicio ubi controverſia eſt tractata. *a. c. Statutum. §. aſſeſſorem §. notarium. de Reſcript. in 6.* THOM. CARLEVAL. *d. Judic. T. 1. Diſp. 2. n. 175. ſeqq.* MEVIUS. *P. 1. Dec. 234.* de quo Obſervantia Supremæ Curiæ Provincialis Lipſ. teſtatur, atque ſic *pron. Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Jun. A. 1701.*

3) Appellatum fuerit

4) cauſa ſit reconventionis.

5) connexitas cauſæ id exegerit.

r. perſonarum.

r. juris & facti

e. g. in expenſis Procur. honor. Advocat.

IX. Cæterum *ceſſat tam Judicii Aulici quam Cur. Provincial. Jurisdictio in Cauſis ab iis ſpecialiter excmtis, quales ſunt (1) Criminales,* Peinlichen Sachen. *Appellat.* Ordn. *t.* wer vor unſer *Appellation.* §. und mögen. *niſi* forte *in Proceſſu Criminali exceſſus vel nullitas committatur*, nam tum Reſcriptis defectuum emendatio imperari poteſt. CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 105.*

*Ceſſat Jurisd. Jud. Aul. & Cur. Prov.*

1) in Criminalibus

lim.

(2)

(2) *Metallicæ*, *Venatoriæ*, Berg⸗Jagdt⸗und eigene Churfürſtl. Sachen/ veluti concernentes Privilegiorum & Moratoriorum conceſſiones, contributiones militares, vectigalia & ſimilia. Carpz. *Proc. t. 2. art. 2. n. 121.* hæ enim cauſæ ab illis, quibus earum cognitio & dijudicatio ſingulariter commiſſa eſt, expediendæ veniunt. *Mand. Elect.* an die Regirung/ Ober⸗ Hoff⸗und *Appellation*-Gerichte. *d. d. 9. April. 1609.* §. wie auch. unde Metallicæ tractantur & deciduntur vor denen Berg⸗Gerichten/ dem Berg⸗Schöppenſtuhl/ in ſecunda inſtantia coram curia metallica, der Berg⸗Cantzeley zu Dreßden. *d. Mand. Elect.* §. Wir auch. *C. S. p. 922.* propterea igitur eſt rejecta Appellatio in cauſa Metallica ad Supr. Cur. Prov. noſtram directa. *Menſ. Aug. A. 1699.* Interim, qui Privilegio exemtionem à Curia Provinc. meruerunt, eodem meritò fruuntur. e. g. Civitas Schneebergenſis. Berl. *P. 1. Concl. 3. n. 16.* Ziegl. *ad Calv. Prax.* §. *Schrifftſaſſ. & Amtſ. concl. 2. n. 9.* Nicol. *ad Proc. c. 1. n. 17.*

2) in cauſis Metallicis, Venatoriis & aliis Principi reſervatis.

X. *Ad Immediata Judicia referuntur III. Præfecturæ Electorales*, etiam eæ, quæ ad reliquos Principes Saxoniæ cum immediata qualitate ſua tranſierunt, in quibus Præfecti ſ. Quæſtores, tanquam Miniſtri Principis, Jurisdictionem ordinariam exercent. *a. l. 4. ff. d. Offic. ej. cui mand. jurisd.* Unde fit ut ii ratione Jurisdictionis ſuæ Procuratores dare queant. *a. l. 11. C. d. Procurat. d. l. 4.* ceu non ſemel eſſe factum recordor. Sed quia Præfecturæ ſunt Regimini Aulico nec non Curiis Provincialibus ſubjectæ, Mandata & Reſcripta ex iis emanare, nec non Apellationi ad com-

*Immed. Judiciis III. Præfecturæ annumerantur.*

ordinariam habent Jurisd.

ſed ſubſunt Jud. Aul. & Cur. Prov.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0023-4

commemorata Judicia locum relinqui conſtat. Præterea in geſtis Præfectorum corrigendis & immutandis penes Principem multo liberius eſt. *a. l. 58. ff. d. judic.* CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 130.* conf. GAIL. *l. 1. Obſ. 31. n. 6.* quam in reliquis cum Jurisdictione inveſtitis. *a. II. f. 23. j. c. 59. x. d. Apellat.* CASP. ZIEGL. *ad Calvol. Prax.* §. *Nobiles. concl. 1. n. 8. ſeqq.* BERL. *P. 1. Concl. 6. n. 5. ſeqq.* BRUNNEM. *Proc. Civ. c. 28. n. 130.* arbitrium, proinde avocationes cauſarum, ſalva tamen Juſtitia & quæſito partium Jure, facilius ſuſcipiuntur, & Præfecti, in pronunciandis ſententiis, informatione JCtorum aut Superiorum uti, imo nonnunquam illas non niſi tranſmiſſas ad Principem publicare jubentur. conf. CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 132. & præc.* Verum hi, qui mediate Præfecturis ſubjiciuntur. e. g. Subditi Amtſaſſiorum Jurisdictione pollentium ad Præfecturam appellant, itaque iis beneficium quatuor inſtantiarum competit; videlicet coram Domino Jurisdictionis, ab eo ad Præfecturam, deinde ad Curiam Provinc. tandemque ad Judicium Aulicum provocare licet. CARPZ. *l. 3. Reſp. 101. n. 11.*

*ab iis cauſæ facilius, quam ab inveſtitis cum Jurisdictione, avocantur.*

*Amtſaſſiorum vero ſubditi quatuor inſtantiis uti queunt.*

XI. Denique *Immediatis Judiciis accenſemus IV. Conſiſtoria*, quæ ſunt Judicia Eccleſiaſtica, in quibus de cauſis eccleſiaſticis mixtisque a Viris Theologis & Politicis decernitur. *a. J. P. O. & M. art. 5. §. 48. j.* von beyden *Conſiſtor.* zu Leipzig und Wittenberg. *Proœm. C. S. p. 364. it. t. 7.* conf. CHRIST. WEBER. *d. Jure Conſiſtor. c. 27.* Quamvis enim, per Solos Politicos Judicium hoc conſtitui poſſe, ſint, qui aſſerant, idque exemplis quorundam locorum Haſſiæ & Palatinatus illuſtrent. vid. HENR. LINCK. *d. Jur. Epiſc. c. 12. n. 9.* non

*Immediatis Judiciis accenſentur IV. Conſiſtoria.*

*Conſiſtorium quid?*

*In eo meritò Theologi & Politici conjunguntur.*

non tamen ambigendum, quin junctæ Seculares & Eccleſiaſticæ perſonæ demum omnibus cauſis illic ventilandis pares futuræ ſint decidendis; ſiquidem alias in iis, quæ ex Sacris dirimendæ erunt, ad Theologos aut Facultates Theologicas neceſſarius fiet recurſus. BRUNNEM. *Jur. Eccl. l. 3. c. 1. §. 4.* MEV. *P. 4. Dec. 1. n. 11.* HEINR. LINCK. *de Jure Epiſcop. c. 15. n. 102.* adeoque merito Theologi cum JCtis conjunguntur in Conſiſtoriis noſtris. Von beyden *Conſiſt. tit. 1.* Mit wie viel Perſonen iedes *Conſiſtorium.* CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 144.* conf. WEBER. *de Jure Conſiſtor. c. 18. p. m. 651.* Horum vero tria ſent 1) *Lipſienſe*, Circulo Lipſienſi, Thuringico & Voigtlandico 2) *Wittenbergenſe* Circulo Electorali & Saxonico. CARPZ. *d. l.* Torgaviam quoque hujus Conſiſtorii Jurisdictioni ſubeſſe monuit Dn. BERG. *Elect. Proc. Matr. th. 2.* 3) *Dresdenſe* Circulo Miſnico ac Friburgico, dem Ertz-Gebürgiſchen Kreiſſe/præfectum. Lipſienſe dicitur das Gemeinſchafftliche/ quia Potentiſſimo Electori Saxoniæ & Sereniſſimis Ducibus Saxoniæ Weiſenf. Mörsb. & Zizenſi commune eſt, juxta der Chur- und Fürſtl. Sächſiſ. Hn. Gebrüdere Haupt-*Receſſ. d. A. 1657. t.* Leipziges *Conſiſtorium.* *Dresdenſe* vero *cum Senatu Eccleſiaſtico*, dem Kirchen-Rathe/*cohæret, qui ſingulari gaudet prærogativa*; ſiquidem 1) illius Decreta & Mandata ſub nomine Sereniſſimi Electoris, nunc Regis noſtri Potentiſſimi, à Dn. Præſide vel Conſiliario Politico ſubſcripta emitti ſolent, accedente Secretarii opera, quam in Conſiſtorio Dresdenſi præſtat Proto Notarius. Atque ab hoc Senatu Eccleſiaſtico appellare non permittitur. *a. c. 3. d. appell. 6.* 2) Inſpectionem in reliqua Conſiſtoria, Academias, Stipendia & Scholas habet, Jura Epiſcopalia exercet, diſ-

*eſt.* 1.) Lipſienſe.

2) Wittenbergenſe.

3) Dresdenſe.

*Lipſienſ. dicitur* das Gemeinſchafftliche.

Conſiſtorio Dresdenſi cohæret Senat. Eccleſ. qui prærogativam habet.

1) *Decreta & Mandata ſub nomine Regis Potent. emittendo.*

2) *Jura Epiſcopalia exercendo.*

penſationes ſuſcipit, Superintendentes vocat, Synodos decernit & ordinat, ſimiliaque procurat. Vom Ober-*Conſiſtorio* zu Dreßden. *t.* was Sachen vor dieſes *Conſiſtorium* gehören. CARPZ. *Jurisprud. Conſiſt. l. 1. d. 12.* Nihilominus à Dresdenſi Conſiſtorio, quatenus Circulo Miſnico ac Fribergenſi ſeu Montano præeſt, non ſecus atque à cæteris, datur Appellandi ad Electorem ejusque Regimen Aulicum facultas. e. g. in matrimonialibus. *id. Deciſ. 240.* decimas, ſuſpenſionem & depoſitionem clericorum concernentibus. ZIEGL. *Decret. t. d. Jud. p. 21.* conf. Dn. MART. SCHRADER. *de cauſ. For. Eccleſiaſt. c. 1. t. 1. 2. ſeq.* Vom-Ober-*Conſiſtor.* §. Es ſoll aber. CARPZ. *d. l. n. 15.* ZIEGL. *d. l.* conf. HULSEMAN. *Brev. Theolog. c. 19. n. 19.* & Jurisdictio eorum Ordinaria eſt. *a. l. 1. ff. d. offic. ej. cui mand. eſt jurisd.* unde ab iis cauſæ regulariter avocandæ non ſunt. *Ord. Prov. d. A. 1555. t. Conſiſtoria.* §. ſo wollen. *inf. C. S. p. 32. a. c. 12. X. d. offic. jud. ord.* CARPZ. *Jpr. Conſiſt. l. 3. d. 14. n. 1. ſeq.* conf. LYNCK. *ad Decret. l. 1. t. 31. §. 6. inf. it. d. Jur. Epiſcop. c. 15. n. 104. ſeq.*

*à Conſiſtoriis provocatur ad Reg. Aul.*

*eademque habent Jurisd. ordinariam.*

XII. *Mediate Judicatur à Judicibus, qui ordinariam Jurisdictionem exercent mediate*, ſive ſint Schrifftſaſſii ſ. Amtſaſſii, veluti Nobiles aliive cum Jurisdictione inveſtiti, nec non Civitates, quarum aliquæ Præfecturis, imo etiam Nobilibus, ſubſunt, unde illarum poteſtas quandoque principaliter circa Actus voluntariæ Jurisdictionis & ea, quæ ad adminiſtrationem Civitatis pertinent, ſaltem occupatur, docente id Experientia. *fac. l. 1. l. 5. ff. d. Decret. ab ord. fac. l. f. ff. d. colleg. & corp. conf.* ZAHN. *Ichnogr. munic. c. 2. n. 36.* Sed quandoque Municipia mero mixtoque imperio à Principe conceſſo gaudent. COLER. *d. Proc. Execut. P. 2. c. 1. n. 159.* In Jure igitur quæſito per Superiorem

Mediate judicatur per Jurisdictionem Ordin. habentes.

*Schrifftſaſs. & Amtſaſs.*

*Nobiles &c. & Civitates.*

*quæ nonnunquam habent mixtum merumque Imperium.*

rem turbari non debent. *a. l. 8. §. 5. ff. ſi ſerv. vind.* ZIEGL. *ad Calv. Prax.* §. *Civitas. Concl. 1. n. 6.* adeoque prima inſtantia iis ſalva relinquenda eſt. *Appellat.* Ordn. *t.* wer vor unſer *Appellation* - Gerichte. §. alle. OHGO. *t.* wer vor das Ober-Hof-Gerichte. §. Es ſollen. *j. c. 9. X. d. offic. jud. ord.* CARPZ. *Proc. t. 2. a. 2. n. 180. conf. de limitationibus th. 8. hujus Diſſertationis*, quod ſecus eſt in eo, qui tantum Mandatam Juriſdictionem habet: hanc enim Mandans revocare non prohibetur. *a. l. 6. §. 1. ff. d. offic. Proconſ. l. 58. ff. d. judic.* ANT. FAB. *in C. l. 4. t. 26. d. 16.* MEV. *P. 2. D. 134. n. 7.* DECKHER. *ad Blum. Proc. t. 25. p. 144.* BACCHOV. *ad πρῶτα rubr. quibus mod. juriſd. fin. n. 6. p. m. 423. ita* reſp. *F. J. L. Menſ. Jan. A. 1702.* ad conſult. der St. G. Z. S. A. conf. BLUM. *d. t. n. 23.*

*& gaudent jure primæ inſtantiæ.*

XIII. Sicuti vero Juriſdictio Magiſtratibus Jure Civili diverſo admodum conceſſa gradu. *a. l. un. ff. ſi quis jus. dic. non obtemp. l. 5. C. d. defenſor. civ. l. 29. §. 7. ff. ad L. Aquil. l. 26. pr. §. 1. ff. ad municip.* HILLIG. *ad Donell. l. 17. c. 7. lit. r.* & in criminibus alii quandoque cognoſcendi, alii exequendi poteſtas data. *l. 6. ff. d. offic. Proc. j. l. 2. §. f. ff. ad L. Jul. d. ann. l. 3. ff. d. Juriſd.* ita adhuc hodie Juriſdictionem ſæpe reſtrictam eſſe deprehendes. Quemadmodum in Colonia Aggrippinenſi in criminalibus apprehenſionem, carcerationem, inquiſitionem, & primum gradum torturæ Civitati competere, ſed Sententiam ferri & executionem fieri ab Archi-Epiſcopo, ejusque præfecto reum tradi puniendum, commemorat REINK. *d. R. S. & E. l. 2. claſſ. 2. c. 17. n. 27.* conf. Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Juriſd. §. 10.* TOB. GRANZ. *de defenſ. Inquiſ.*

*Juriſdictio Judici Jure Civili competens ſæpe reſtricta eſt.*

*etiam in Criminalibus.*

*idem hodie accidit. exemplum.*

*Apud nos inprimis* dividitur Jurisdictio in Altam & Baſſam.

Jurisdictio Alta *quid?*

Jurisd. Baſſa *quid?*

*vid. Præjud. Carpzovii.*

*reſpic. in diſtinctione actuum, qui Altæ vel Baſſæ vindicantur Jurisdictioni, ad poſſeſſ. præſcript. conceſſ. convent.*

*etiam in mulctæ, quæ dictanda eſt, gravitate & carceris diuturnitate.*

*alternatio moderna mulctæ & carceris.*

*in ea electio Judicis eſt.*

*c. 5. membr. 2. ſect. 2. art. 1. n. 8. ſeq.* Frequentisſima eſt autem apud nos diſtinctio Jurisdictionis competentis in Altam & Baſſam. *Alta* ſive Superior *Jurisdictio*, die Ober-Gerichte / continet Jus cognoſcendi & animadvertendi in cauſis criminalibus pœnam corporis afflictivam, relegationem vel carcerem aut mulctam graviorem merentibus. *vid. Ord. Prov. d. A. 1555. t.* was zu Ober- Nieder- oder Erb- Gerichten gehöret. *C. S. p. 36.* CARPZ. *Pr. Cr. q. 109. n. 20. ſeq.* *Baſſa* ſive Inferior, die Erb- Nieder- Gerichte / complectitur jus cognoſcendi, ſtatuendi & modicè coercendi in cauſis civilibus & levioribus delictis; quæ recenſet CARPZ. *d. l. n. 33. ſeq.* Non tamen generali regula actus, Inferiori vel Superiori Jurisdictioni annumerandos, ita exprimere licet, quin ad poſſeſſionem, præſcriptionem, conceſſionem, item conventionem utroque reſpiciendum ſit oculo. *a. l. 80. ff. d. R. J. id. d. l. n. 36.* conf. WEHNER. *Obſerv. Pract. voc.* Zent. *verb. aliquibus in locis. p. m. 516.* id quod etiam obſervandum in mulctandi & carcerem dictandi arbitrio, ubi, monente. *d.* CARPZ. *n. 63.* inferiore tantum Jurisdictione pollenti carcerem ultra octiduum & mulctam 10. thal. ſive 4. Neueſchocke excedentem imponere haud permittitur; nihilominus diverſa hominum conditio & paupertatis præſumtio in alternativis Sententiis effecit, ut in civibus 8. dierum carcer 2. Sexagenis novis, in ruricolis, plerumque indigentibus, totidem dierum carcer ſoleat uni Sexagenæ novæ ſive 2. th. & 12. gr. exæquari, ceu *pron. Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Aug. A. 1704.* Verum in alternativis hiſce pœnis Judicis eſt electio, non partis, ut tanto certius impetretur con-

de-

demnati emendatio. *fac. c. 14. X. d. vit. & hon. cler. j. l. 13. l. 51. §. f. ff. ad Leg. Aquil. l. 8. §. 1. ff. de pœn.* Brunn. *ad l. 8. ff. d. pœn. n. 2.* Carpz. *P. 2. C. 48. d. 8.* Menoch. *d. A. J. Q. l. 1. c. 87. n. 6. ſeq. atque ſic reſp. Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Jun. A. 1700.* Præterea, quoties relegatio temporalis, urgentibus circumſtantiis, prævia, quæ quantitatem determinet, JCtorum Sententia in mulctam commutatur, eadem Magiſtratui merum Imperium habenti applicatur juxta *Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 59. C. S. p. 1045.* at, cum perpetua relegatio in mulctam legitime commutata eſt, hanc pariter in ſuos uſus Judex convertere nequit, ceu ex contextu *d. gr. 59. verb.* Wenn aber einem *Delinquenten* die zeitliche Landes-Verweiſung allein zuerkannt/ quæ regulam in caſibus non exceptis confirmat. *a. l. 12. §. 43. ff. d. inſtr. vel inſtrum. leg.* colligitur. Dn. Horn. *Exerc. feud. 9. th. 2.* conf. Ziegl. *Dec. 10. in fin.* unde mulctam hanc piis cauſis omnino eſſe applicandam cenſuit *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Decembr. A. 1699.*

*Relegat. temporali in mulctam commutata hæc Jur. Sax. El. Judici altam Jurisd. habenti applicatur.*

*ſed in relegatione perpetua mulcta piis uſibus cedit.*

XIV. *Ab Ordinario Judice ad Extraordinarium pergimus*, qui nec generaliter nec jure ſuo Jurisdictionem, ſed eam certo modo delegatam aut limitatam, habet. Veluti *1) Commiſſarius*, delegata jurisdictione pollens. *c. 5. 7. d. offic. jud. deleg. De illo actum Diſp. 1. §. 3. ſeq.* *2) Collegii Magiſter* ſ. Senior Zunfft-Meiſter/ quoad cauſas ad Opificium pertinentes, poteſtatem exercet. *fac.* Lex *f. C. d. jurisd. omn. jud. l. 2. §. f. C. d. conſt. pecun.* Hanc autem non ex ſpeciali conceſſione, ſed jure collegii, quamprimum legitime electus eſt, conſequitur. *a. d. l. f.* Carpz. *P. 2. Conſt. El. 6. D. 9. n. 8. ſeq.* atque iſtius poteſtas nec non facultas punien-

Judex Extraordinarius *quid?*

*talis eſt*

1) Commiſſarius *de quo remiſſ.*

2) Collegii Magiſter.

*poſteaquam electus eſt,*

*ſed poteſtas ejus ex Statutis & pactis metienda.*

di ex ſtatutorum tenore & conſvetudine metienda eſt, nec inanes ſunt hac in parte pactiones à membris Collegii initæ legi ſalutique publicæ haud repugnantes. *L. f. ff. d. colleg. & corp.* ZIEGL. *d. Jure Maj. l. 1. c. 5. th. 17. 18.* adeoque Pacta Pannificum, quæ onerabant die Jung-Meiſter/propter conſenſum ab iis interpoſitum, ſervanda eſſe pron. *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Febr. A. 1700.* verum ad ea, quæ ſtatutorum materiam excedunt, veluti tutelas, hæreditatum diviſiones, crimina publica, & ſimilia ſociorum negotia, poteſtas Magiſtrorum haud extenditur. *id. Dec. 285.* SALICET. *ad l. f. C. d. Jurisd. n. 3.* regulariter etiam illa in cauſis ad opificium pertinentibus cumulative, non privative, competit; proinde præventioni Magiſtratus relinquitur locus. *a. l. f. C. d. jurisd. omn. jud. j. l. 1. C. d. offic. præf. Urb.* SALICET. *ad d. l. n. 2. in f.* MEV. *ad Jus Lubec. Part. 5. t. 13. art. 3. n. 27. ſeq.* BRUNNEM. *ad l. f. ff. d. colleg. & corp. n. 9.* coërcendi quoque licentia adverſus refractarium collegam ad facultatem moderatam mulctandi, item haud convocandi eum, aut excludendi ipſum quodammodo à fructibus collegii, donec obtemperaverit, plerumque reſtringi ſolet; quod ſi vero Executione, quæ vi mixti Imperii ſuſcipitur, opus ſit, Magiſtratus competentis implorari auxilium fas eſt. *a. l. f. ff. d. Jurisd. l. f. C. eod. l. 176. ff. d. R. J.* MEVIUS *d. l. n. 34.* itaque etiam pignora capiendi poteſtas Collegio regulariter haud conceditur. *a. l. 9. §. f. ff. ad Leg. Jul. Pecul.* MEV. *Part. 5. Dec. 254.*

*Ad negotia Collegii reſtringitur.*

*regulariter Collegii atque Magiſtratus cognitio eſt concurrens, adeoque præventio locum habet.*

*coërcitio modica Magiſtris competit.*

*adverſus refractarios Executio apud Magiſtratum impetranda eſt.*

XV. *Prope ad Judices accedunt 1) Arbitri Compromiſſarii*, willkührliche Schieds-Richter / de quibus *th. 26.* agendi dabitur occaſio. *2) Arbitratores*, qui ſunt per-

Affinibus annumerantur

1) Arbitri Compromiſſarii, *de quib. remiſſ.*

perſonæ ad Contractum conciliandum. *L. 76. l. 77. ff. pro Soc. j. l. f. C. d. contrah. emt.* Unterhändler / aut controverſiam amice componendam, adhibitæ, Schieds-Leute. *a. l. 13. §. 2. ff. d. recept. qui arb. recep.* GAIL. *l. 1. Obſ. 150. n. 4.* LAUTERB. *Tract. Synopt. d. Arbit. Compromiſſ. §. 2.* Huic arbitramento partes ſtare tenentur, quando in illud conſenſerunt. *a. l. 2. C. commun. utr. jud. l. 30. ff. d. oper. libert.* CARPZ. *P. 1. C. El. 1. d. 13. n. 3.* ſubeſt autem conſenſui tacita hæc conditio, ſi arbitratores æquum arbitrati fuerint. *d. l. 30. d. l. 76. 78. ff. pro Soc.* CHRIST. *Vol. 2. Dec. 142. n. 3.* TIBER. DECIAN. *V. 1. Reſp. 33. n. 146.* hinc reductio, ob iniquitatem arbitrii, fieri poteſt ad boni viri arbitrium, i. e. judicis ordinarii. *dd. ll. j. 18. ff. judicat. ſolv.* ubi competens eſſe exiſtimabitur Judex, qui in eadem cauſa, non facto compromiſſo, adeundus fuiſſet. *a. l. 79. ff. pro ſoc. l. 2. C. d. jurisd. omn. jud. l. 2. C. ubi & apud quem. l. 32. §. 14. ff. d. recept. qui arb. recep. l. 8. §. 19. ff. d. transact.* BARTOL. *ad l. Societatem. §. arbitrorum. n. 19.* CHRIST. *d. l. n. 4.* FACH. *Contr. l. 8. c. 94.* MYNS. *Cent. 2. Obſ. 61. ubi præj.* Diſſ. MATTH. de Afflict. *Dec. 51.* 3) Notarii i. e. perſonæ auctoritate Imperatoria conſtitutæ, ut de rebus geſtis perpetuæ memoriæ gratia inſtrumenta conficiant. *N. 47. c. 1. R. J. d. A. 1512. t.* Ordnung der *Notarien. §. 3. ſeq. de quibus ad π. actum Lib. 22. t. 4. p. 321. ſeq.* Quamvis autem iſti Judices chartularii vulgo dici ſoleant. GAIL. *l. 1. Obſ. 1. n. 13.* CARPZ. *Proc. t. 2. art. 3. n. 65. ſeq.* conf. STRUV. *d. Notar. & Tabell. Sect. 3. membr. 2.* proprie tamen Juriſdictione nulla pollent. *fac. l. 2. ff. d. offic. Proconſ. j. l. 1. C. d. offic. prætorum.* PHIL. *ad Dec. El. 20. obſ. 2. p. m. 383.* & à Judice requiſiti demum actus com-

2) Arbitratores, *qui deſcribuntur.*

*eorum arbitramento ineſt conditio: ſi æquum fuerit.*

*de iniquitate judicat Judex in cauſa competens.*

3) Notarii, *qui deſcribuntur.*

proprie Judices non *ſunt.*

commiſſos expediunt. HAHN. *ad Weſenb. t. d. fid. Inſtrum. n. 4. verb. tam.* merito igitur curam adhibent, ne officii terminos egrediantur & nullitati anſam præbeant. *a. l. 6. ff. qui ſatisd. cog. l. 5. C. d. Legib.* proinde, conficiendis Syndicatus Inſtrumentis admoti, impuberibus, minoribus, fœminis ex Univerſitate tutores & Curatores conſtituere fruſtra conantur. *a. l. 1. C. d. offic. prætor. l. 4. ff. d. adopt.* ceu in judicando ſæpe obſervatum memini, atque ſic in Curatoribus, de facto mulieribus per Notarium datis, *pron. Supr. Cur. Prov. Lipſ. Term. Rem. A. 1698.*

*nec Tutores vel Curatores abſque nullitatis vitio conſtituunt.*

Competentia Judicis æſtimatur,
1) Ex Jurisdictione *intuitu cauſæ competente.*

XVI. Judicum Diviſione breviter ſpectata, eorundem Competentiam conſiderabimus. *Competentia* autem *Judicis æſtimanda* venit (1) *ex Jurisdictione*, quam habet in cauſa in judicium deducta. *l. 5. §. 1. C. d. jurisd. omn. jud. Ord. Cam. P. 2. t. 7. c. 6. X. d. for. comp. c. 3. X. d. jud.* 2) *ex Foro Rei*, hoc enim Actor ſequitur regulariter. *l. 2. C. d. jurisd. l. f. C. ubi in rem act.* Nam ſingulare eſt, quod Viduæ, pupilli, aliæque fortunæ injuria miſerabiles perſonæ, reum, quem convenire cupiunt, ſtatim ad Conſiſtorium Principis evocare poſſunt. LEG. *un. C. quand Imper. inter pupill.* Licet vero, neque in Judicio Aulico, neque in Camera Imperiali, iſtud Actoris beneficium attendatur, ne Statuum Imperii Jus Primæ Inſtantiæ nimis circumſcribatur. *a. A. B. c 11 Ord. Cam. P. 2. t. 1.* GAIL. *l. 1. obſ. 1. n. 14.* CARPZ. *Proc. t. 3. art. 6. n. 4. ſeq.* BRUNNEM. *ad l. un. C. quand. Imp. int. pup. n. 15.* in Judiciis tamen Statuum Imperii Supremis *d. l. un.* obſervari ſolet. CARPZ. *d. l. n. 5.* BRUNNEM. *Cent. 1. Dec. 43. n. 10. ſeq.* conf. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 293. ſeq.* ſed in Judiciis intermediis, à quibus appellari poteſt, locum haud

2) ex Foro Rei.

Singulare eſt miſerabilium Actorum jus ſtatim adeundi Jud. Supremum.

*quod non in Jud. Aul. & Cam. Imp.*

*ſed apud Status Imperii* attendi *ſolet.*

*In Judiciis Supremis, haud intermediis.*

haud invenit. *d. l. un. verb. judicium noſtræ Serenitatis.* DN. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 308.* ULRIC. HUBER. *ad π. t. d. jud.* §. *60.* in quam Sententiam *pron. F. J. L. Menſ. Sept. A. 1699.* adeoque in Curiis Provincialibus etiam haud admittitur, neque Privil. *d. l. un.* obtinet, quoties reus æque eſt perſona miſerabilis atque Actor: nam privilegio uti non licet adverſus pari beneficio donatum. *a. l. 8. ff. d. Excuſat. tut.* COVARR. *Pract. Quæſt. c. 7. n. 4. verb. Sexto.* TRENTACINQ. *Var. Reſ. l. 2. d. Citat. Reſ. 2. n. 18.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 37. n. 21.* ita *pron. in Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Maj. A. 1704.* Diſſent. CHRIST. *Vol. 2. D. 161. n. 7.* item quando cauſæ datum eſt ſpeciale privilegium, veluti reddendis rationibus in loco adminiſtrationis. *a. l. 1. l. 2. C. ubi de ratiocin. Dec. El. 36.* GEH. *d. Priv. Miſer. Perſ. c. 2. §. 9.* ſic pron. *in F. J. L. Menſ. Nov. A. 1703.*

atque *ceſſat* cum reus eſt æque perſona miſerabilis.

aut intuitu cauſæ, veluti ratiociniorum, obtinet ſpeciale forum.

XVII. *Sortitur Reus Forum* vel Generale, vel Speciale. *Generale in Loco Domicilii (1.) ſive Domicilium ſit Naturale* ſ. Originis illic, ubi Pater civis eſt. *l. 1. §. 1. 2. ff. ad municip. j. l. 3. C. d. municip.* quod habitatione alibi conſtituta extinguitur, Jure non Civili. *l. 6. l. 29. ff. ad municip. l. 4. C. d. municip.* ſed hodierno. ZANG. *de Except. P. 2. c. 1. n 69.* GAIL. *l. 2. obſ. 36. n. 6. ſeq.* MATTH. *d. Afflict. Dec. 384. n. 14. ſeq.* & mutatum haud præſumitur, niſi probetur. *a. l. 22. ff. d. probat.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 21. n. 14. ſive Accidentale* i. e. Habitationis, idque Domicilium, animo conſtanter in loco ſubſiſtendi, conſtituitur. *l. 7. C. d. incolis. aut ex neceſſitate:* ita Uxor ſui mariti Domicilium ſequitur. *l. 65. ff. d. jud. l. 32. ff. ad munic.* & quidem hodie ex tempore copulæ Sacerdotalis. *a. l. 1. l. 5. ff. d. R. N. l. 30. ff. d. R. J. P. 2. C. El. 24.* CARPZ. *L 2. Reſp. 24. n. 16. ſeq.* LAUT. *Diſſert. d. Domicilio. th. 20. aut ex libera voluntate* in loco non prohibito. *l. 31. ff. ad municip.* declarata vel expreſſe vel tacite, videli-

*Forum Generale ſortitur Reus in Loco Domicilii ſive ſit 1.) Naturale* S. Originis.

*ſive Accidentale:* ut Habitationis.

*vel ex neceſſitate* ut Uxor, à tempore Copulæ Sacerdotalis.

*vel ex libera voluntate.* declarata l. expreſſe l. tacite.

exempl. 1.) 2.)

cet 1) Plenaria rerum Adminiſtratione alicubi conſtituta. *l.27.§.1. ff. ad municip.* 2) Potioribus rebus translatis & quotidiana commoratione. *l.2.C. ubi Senat. vel clariſſ.* de quo Judex ex circumſtantiis & diuturnitate temporis arbitratur. *a.l.32.ff.d.Uſur.j. l.20. ff. ad municip.* MENOCH. *d.A.J.Q. cent.2. caſ.86.n.16.ſeq.* neque enim creditur Studioſus facile in Academia. *Leg.2. C.d. incol.* CARPZ. *P.3.C.El.38. d.18. n.8.* famulus in loco famulitii. *Ord.Pol.El. d.A.1653. t.23. c.3. §.5. C.S. p.1142.* aut Conductor prædii, ubi illud ſitum eſt. *d.§.5.* ceu judicatum *in F.J.L.Menſ.Dec. A.1701.* conſ. CARPZ. *d.l.* Officialis aut Aulicus, in loco, quo degit, conſtituiſſe domicilium. *id. l.6. Reſp.38. n.20. ſeq.* LAUT. *d. Diſſert. th.28.* COLER. *d.Proc.Execut. Part.2. c.1. n.40.41.* Atque hoc Rei Forum Domicilii (2) adire licet, quamvis ipſe nova ab Imperatore dignitate ſit ornatus, iſta enim illius, qui in territorio Status Imperii habitat, domicilium non mutat. Itaque in foro e.g. Supremæ Curiæ Provincial. & Regim. Aul. tanquam Schrifftſaſſius, poſt collatam dignitatem, æque ac antea, apud nos convenietur, teſte experientia. *Cap. Leop. art. 44.* WEHNER. *in Obſerv. Pract. verb. Landſaſſerey. p. m. 338.* Dn. STRYCK. *Uſ. Mod. π. t. d. Judic. §.20.* REINK. *d.R. S. & Eccleſ. l.1. claſſ.5. c.10. n.24. ſeq.* 3) Adeo generale eſt hoc domicilii Forum, ut in eo Actiones petitoriæ & poſſeſſoriæ rectè moveantur. *a. l. f. C. ubi in rem Act. l.2. C.d. Jurisd. omn. jud. l.19. §. f. ff. d. Judic. c.17.X. de foro comp.* VINN. *Sel. Quæſt. l.1.c.18.* STRUV. *S.J.C. Ex.9. th.34. ibiq.* MÜLLER. *in notis lit. γ.* HUNN. *Var. Reſ. lib.3. Part. 2. q.10.* Diſſ. RITTERSHUS. *ad Nov. Part.9. c.10. n.32.* ac proinde non admitti exceptionem fori incompetentis, Actioni hypothecariæ in foro Domicilii oppoſitam, viſum *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. April. A.1702.* Pariter Actiones 2) Civiles &

non præſumitur animus conſtituendi domicilium habitat. in Studioſo. conductore. officiali.

*2) Forum domicilii locum habet etiamſi Reus ſit nova dignitate ab Imp. ornatus.*

3) *Foro domicilii locus eſt 1) in Action. Pet. & Poſſeſſ.*

2.) *Civil. & Criminal.*

& Criminales in hoc foro jure inſtituuntur. *l. 2. C. ubi de crimin.* Carpz. *Pr. Crim. q. 110. n. 12.* Muller. *d. l. lit. α. n. 3.* ceu in puncto ſpolii judicatum *in d. Fac. Jur. Menſ. Aug. A. 1700.* Jnterim exceptæ ſunt Rationum redditiones, quæ fieri debent in loco adminiſtrationis. *l. 1. C. ubi de ratiocin. ſive adminiſtratio privatos, ſive Rempublicam.* e. g. in Quæſtore, Præfecto, *concernat:* ibi enim inſtructio ſufficiens & nota teſtimonia & veriſſima poſſunt Documenta præſtari. *l. 2. C. ubi de rat. tam publ: quam priv. Dec. El. 36.* Mev. *P. 5. d. 298.* Franzk. *l. 2. Reſp. 26.* Berl. *Dec. 273.* Sim. v. Leevwen. *Cens. For. Part. 2. l. 1. c. 14. n. 11.* Carpz. *l. 2. Reſp. 33. Diſſ.* Christ. *V. 2. Dec. 166. n. 7.*

*excip.* Rationum redditiones, quæ faciendæ in loco adminiſtrationis. Ampl.

XVIII. Ad Forum Speciale converſi, per compendium, dicemus hoc Reum ſortiri *1.* in loco Contractus. *2.* Delicti. *3.* Rei ſitæ. *4.* Ob connexitatem cauſæ. *5.* Ob prorogatam Jurisdictionem. I. *Locus Contractus* ex eo æſtimatur, quod, citra loci ſolutionis determinationem, aut Contractus vel quaſi in eo celebratus. *l. 21. ff. d. O. & A. l. 17. C. d. fid. Inſtrum. c. f. x. d. for. comp. c. 1. §. contrahentes. eod. in 6.* e. g. per Cambii dationem. Caprz. *Dec. 216. n. 15. ſeq.* aut in illo ex contracta obligatione ſolutio promiſſa eſt. *l. 3. ff. d. reb. auth. Jud. poſſid. l. 19. §. f. ff. d. judic.* Brunnem. *ad l. 19. ff. d. judic. n. 17.* at ſi Contractus initus tantum in ſcripturam redactus fuerit in loco certo, forum Contractus inde haud conſtituitur. *a. l. 4. ff. d. pignor. l. 5. C. de transact.* Carpz. *l. 2. Reſp. 29. n 9.* Ut verò debitor Jure Can. & hodierno in loco Contractus conveniri queat, exigitur eundem eſſe præſentem. *Cap. 1. §. Contrahentes. d. for. comp. in 6. j. l. 19. §. 1. 2. ff. d. judic.* id quod *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Dec. A. 1700.* in pron. ſecuta eſt. conſ. Gail, *L. 2. Obſ. 36. n. 13.* Zang. *d. Except. P. 2. c. 1. n. 123.* dummodo venerit haud confeſtim diſceſſurus. *l.*

*Forum ſpeciale habet Reus I.) ex Loco Contractus*, vel celebrati ſine determ. loci ſolutionis.

vel in loco deſtinatæ ſolutionis.

modo Reus Jur. Can. & hod. præſens ſit,

nec ſtatim diſceſſurus venerit.

*19. §.2. ff. d. judic.* ceu *reſp. d. Fac. Jur. Menſ. Febr. A.1703.* CARPZ. *Dec.78. n.12. ſeq.* FRANZK. *ad ꝛ. t. d. Judic. n.38.*

*Forum ſpec. II) eſt in Loco delicti.*

XIX. *In Loco Delicti II. competens habet Forum Reus LEG.1. C. ubi d. Crim.* etiam dignitate conſpicuus. *L.1. C. ubi Sen. vel clariſſ. j. l.12. C. d. dignitat.* ANT. MATTH. *d. Crim. l.48. t.13. c.5. n.12. ſeq.* aut alias ab eo exemtus, ita *pron. F. J. L. Menſ. Aug. A.1704.* quando agitur ex delicto publico, item ex privato extraordinaria perſecutione. *l.11. ff. d. cuſtod. & exhib. reor. d. l.1.* BRUNNEM. *ad d. l.1. n.1.* ceu *pron. F. J. L. Menſ. Mart. 1702.* aut delictum privatum per modum Inquiſitionis tractatur & Judex v. g. domicilii, hodie, datis forte reverſalibus. *conf. Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 45. C. S. p.1040.* delinquentem ad locum delicti perpetrati remittit, atque ſic impedimentum cognitionis tollit. *a. l.3. ff. d. offic. præſ. l.5. ff. d. cuſtod. reor. Auth. Qua in provincia. C. ubi de Crimin. j. l.29. C. d. pact.* CARPZ. *D.191.* vel in juria perſonæ publicæ, officii ratione, illata eſt. *Dec. El.89.* nam in leviori delicto abſens in foro delicti conveniri non poteſt, nec neceſſariæ remiſſioni, juxta Juris Civilis Diſpoſitionem, locus relinquitur. *a. N. 134. c.4. j. c.5. l. f. ff. d. accuſat. l.5. ff. d. re mil. l.4. ff. d. O. & A. c.1. §. contrahentes. de for. compet. in 6.* ZANG. *d. Except. Part.2. c.1. n.201.* PHIL. *ad Dec. El.89. Obſ.1. n.19. ſeq.* JUL. CLAR. *ſent. l.5. §. f. q.38. n.23.* à quo Jus Saxonicum haud facit divortium. *a. d. Dec.89. j. LR. l.3. art.25. l.1. a.67.68.* CARPZ. *Pr. Cr. q.110. n.66. id. Dec.191. n.14. ſeq.* Diſſ. RAUCHB. *Part.1. q.50. n.21.* Itaque, cum Injuriarum Actio adverſus injuriantem movenda, ſpectandus venit locus conſummatæ Injuriæ, veluti in quo Epiſtola, eam continens, inſinuata eſt. *a. l.1. C. ubi de Crim.* ANT. MATTH. *d. Crim. l.48. t.13. c.5. n.11.* RULAND. *d. Commiſſ. Part.4. lib.7. c.6. verb. ſi à cauſa.* BERL. *Dec.181.* at Actio, vel pro re nata Inquiſitio, contra

etiam in Injuria publ. Perſonæ rat. officii illata adverſus abſentem, non in delictis levioribus.

Jure Saxonico quoque.

contra injurias evomentem formari nequit in delicti loco, quando Reus abſens eſt. Quodſi vero, qui leve etiam delictum admiſit, in eodem loco deprehendatur, ipſique inſinuatio Citationis illic fiat, foro iſti ſe ſubducere nequit. *Dec. El. 89. verb.* noch angetroffen wird. Philip. *ad d. Dec. obſ. 1. n. 25. ſeq.* In quam ſententiam *pronunc. Suprem. Cur. Prov. Lipſ. Term. Rem. A. 1701. & F. J. L. Menſe Dec. A. 1700.* atque idem aliis quoque levioribus admiſſis applicandum eſſe duxit. *d. Fac. Jur. Menſ. Feb. A. 1700.* Nihilominus in Supremo Appellat. Judicio obſervantia invaluit, ut hi, qui convitiis alios in Productis oneraverunt, quamvis abſint, ibi, propter Injurias, conveniri queant. *fac. l. 3. ff. de re milit. j. l. 14. C. d. advoc. diverſ. jud. l. 2. C. ubi d. ratiocin. ag.* Carpz. *l. 2. Reſp. 27.* Phil. *ad Dec. El. 89. obſ. 2.*

ſufficit autem, in levi delicto, deprehenſo in loco delicti factam eſſe Citat. inſinuationem.

in Jud. Appell. Advocati ob convitia in Prod. etiam abſentes reſp. tenentur.

XX. *Locus rei ſitæ III. Speciale præbet Forum*, ſive (1.) Reus in eum ad tempus, veluti apud peregrinantem exiſtens. *a. l. 38. ff. d. Judic. LEG. fin. C. ubi in rem Act. l. 24. §. 2. ff. d. judic.* Struv. *S. J. C. Ex. 9. th. 53.* Laut. *Concl. forenſ. Ex. 14. th. 12.* Umm. *ad Proc. Diſp. 4. n. 16.* Carpz. *Proc. tit. 3. a. 3. n. 12. ſeq.* Diſſ. Cynus *ad l. f. C. ubi in rem act. n. 1.* ſive perpetui uſus gratia ſit tranſlata. *L. f. C. ubi in rem Act.* nec intereſt, utrum (2) res petita ſit corporalis an incorporalis: ut Servitus itineris, actus, tigni immittendi, oneris ferendi. *a. l. f. C. d. præſcript. long. temp. l. 12. ff. commun. præd.* Carpz. *Proc. t. 3. a. 3. n. 35. ſeq.* idemque obtinet (3) in re ſingulari & univerſali. *l. 50. ff. d. jud.* immobili. *l. f. C. ubi in rem. Act.* mobili in ſpecie & ſe movente. *l. 9. l. 10. ff. d. R. V.* Hill. *ad Donell. l. 17. c. 17. lit. m.* Carpz. *l. 1. Reſp. 101.* Neque (4.) aliud ſentiendum eſt in Actione reali, ſimplici & mixta. *a. l. f. C. ubi in rem Act. j. l. un. C. ubi d. hæred. ag.*

*Forum ſpec. præbet III. Locus rei ſitæ.*

1) ſive ſitus ſit temporalis ſ. perpetuus.

2) ſive res ſit corporalis ſ. incorporalis.

3) ſive res ſit ſingularis ſ. univerſalis, mobil. in ſpecie aut ſe movens.

4) ſ. Actio ſit Realis ſimplex, ſ. mixta.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0037-1

LAUTERB. *ad π. t. d. judic. th. 53.* ZANG. *de Except. P. 2. c. 1. n. 295.* j. Dn. BERG. *El. Proc. Poſſeſſ. th. 17.* diſſ. VINN. *Jurisprud. Contract. l. 3. c. 10. in f.* licet eadem adverſus Academicum Clericumve moveatur. *Auth. Clericus. C. d. Epiſc. & Cleric. c. 1. d. privil. 6. c. 5. x. d. for. comp. Conſ. Reſ. gr. d. A. 1609. gr. 2.* CARPZ. *Proc. T. 3. art. 3. n. 21. ſeq. id. Dec. 217.* GAIL. *l. 1. Obſ. 37. n. 4.* Diſſ. ANT. PEREZ. *ad C. t. ubi in rem Actio. n. 6.*

etiamſi conveniatur Academicus aut Clericus.

*Forum ſpeciale tribuit IV. Continentia cauſæ.*

XXI. *Continentia Cauſæ IV. Forum ſpeciale tribuit,* atque hæc eſt connexitas controverſiarum, propter quam ab eodem Judice cognoſcendæ & decidendæ ſunt, ne moleſtiæ litium multiplicentur. *l. 3. l. 10.* C. *d. Judic. c. 9. x. d. in integr. reſtit.* Deſcendit autem iſta (1) Ex Generalitate Actionis Competentis coram Judice omnium proxime Superiore, quando de rebus diverſæ Jurisdictioni inferiori ſubjectis contenditur, veluti Judicio familiæ herciſcundæ, communi dividundo. *l. 1 ff. ex quib. cauſ. ad eund. jud.* ita, quoties cohæredum aut in communione conſtitutorum unus Civis eſt Lipſienſis alter ſub Præfectura degit, adiri poteſt Suprema Curia Provincialis Lipſienſis vel Jud. Aul. CARPZ. *l. 2. Reſp. 18. n. 11. ſeqq.* NICOL. *Proc. Judic. c. 29. n. 3.* Diſſ. UMM. *ad Proc. Diſp. 4. n. 20.* item huc referri poteſt impetratio Areſti generalis apud Aulam Electoralem in omnia debitoris bona ſub diverſa Jurisdictione ſita juxta *O. P. S. t. 51. §.* wenn aber. Per Illuſtris Dn. JACOB BORN. *Diſp. 1. ad Univerſ. Jus Judic. Comm. & Sax. th. 10. lit e.* idem obtinet, cum adverſus Perſonas diverſæ Jurisdictioni inferiori ſubjectas agitur. e. g. ex Contractu, Spolio aut ſimili delicto. *Cap. f. x. d. Reſcript. Leg. 5. C. arb. tut.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 16.* MYNS. *cent. 1. Obſ. 4.* adeo quidem, ut, ſuſcepta jam Controverſia, non reviviſcat exceptio primæ inſtan-

*Deſcendens 1) ex generalitate Actionis* competentis coram Judice omnium Superiore.

ſive reſp. rerum.

ſ. rat. perſonarum.

inſtantiæ, licet unus ex conſortibus è lite dimittatur. *a. l.7.ff.d.judic.l.f.pr.& §.1.C.d.in jus voc.j.l.85.§.1.ff.d.R.J.* conf. Dn. SWEND. *ad Fib.Proc.p.295.* quemadmodum *pron.S.C.P.L.Termin.Reminiſc.A.1698.in C.P.E.A* :/: den R.z.B. und *Conſ.verb.* E. aber/ſeines Vorwendens ungeachtet/mit demſelben allhier zu verfahren ſchuldig. (2.) Connexitas cauſæ fluit ex ſingulari cognatione Juris & facti: unde Poſſeſſorium & Petitorium in eodem Judicio meritò deciditur. *Leg.10.C.d.Judic.* GAIL. *L.1.obſ.32.n.11.* CARPZ. *L.1.Reſp.74.* & de interventione Judex cauſæ principalis pronunciat. *a.l.29.C.de liberal.cauſ.c.9.x.d.integr.reſtit.* BRUNN. *ad l.10.C.d.jud.n.2.* eaque connexio in cauſis civilibus & criminalibus attendenda venit. *a.l.10.C.d.judic.j.l.8.ff.d.publ.in rem Act.Ord.Cam.Part.2.t.9.§.5.* GAIL. *l.1.Obſ.32.n.11.* MULLER. *ad Struv.S.J.C.Ex.9.th.56.lit.z.not.5.* BRUNN. *ad l.10.C.d.jud.n.3.* ita pron. *F.J.L. Menſ.Febr.A.1704.* Diſſ. GROENEW. *ad ϖ.t.ex quib.cauſ.ad eund.jud.n.2* Denique *Forum Speciale tribuit V. Prorogata Jurisdictio l.14.ff.l.4.C.d.Jurisd.c.20.x.d.ſent.& re jud.* de *qua actum. Diſp.I.§.11.12.*

*quamvis cœpta lite unus ex lite dimittatur.*

*(2) ex cognatione Juris & facti.*

*In Cauſa civili & criminali.*

*Speciale Forum largitur V. Prorogata Jurisdictio.*

XXII. Habilitate, diverſitate & Competentia *Judicis*, pro inſtituti ratione, perpenſa, ejusdem *Officium conſiderandum ſuſcipimus*, & quidem vel in genere vel in ſpecie. In genere *Officium Judicis* eſt, quod ipſe, tanquam Judex, facere debet. *a.Pr.J.d.Offic.Jud.c.2.x.eod.* Hoc dividitur in Nobile & Mercenarium. *Nobile*, das Adeliche Mild-Richterliche Amt/ dicitur, quod, ob favorem cauſæ, proprio motu, vel ad nudam Implorationem, exercetur. *d.c.2.l.19.ff.d.R.N.Leg.13.ff.d.Offic.Præſ.Ord.Crim.art.214.l.24.§.f.d.minor.l.un.C.ut,quæ deſunt Advocat.part.jud.l.40.ff.d.judic.P.1.Conſt.El.25.* GONZALEZ TELLEZ. *ad c.2.x.d.offic.jud.n.3.* HENR. LINCK. *ad*

*Officium Judicis quid?*

eſt vel *Nobile*, quod deſcribitur.

vel *Mercenarium.*

*ad Decret. l. 1. t. 32.* §. *1. Mercenarium* eſt, quod ad naturam Actionis inſtitutæ adſtringitur. *l. 38. ff. d. hæredit. petit. l. 99. ff. d. V. O. l. 25.* §. *8. ff. d. ædil. edict.* GONZALEZ. *d. l.* BLUM. *Proc. Cam. t. 27. n. 175.* RULAND. *de Commiſs. Part. 3. lib. 2. c. 4. pr.* In hoc officio inculcando *ORD. PROC. SAX. ELECT. TIT. I.* §. worinnen. *I. Judicem ad Scripturam ſacram, Jura & jusjurandum, cum præſtitum eſt intuitu officii, remittit.* Perſolvebatur autem olim in ſingulis cauſis juramentum. *l. 14. C. d. judic.* quod nunc circa ingreſſum officii præſtari ſolet. fac. *N. 8. in f. N. 15. c. 1.* Ober-Hoff-Gerichts-Ordn. *t.* Eyd des Hoff-Richters und Beyſitzer. *C. S. p. 127.* CASP. ZIEGL. *Dicaſt. c. 16.* §. *24.* SETSER. *d. Juram. l. 3. c. 3.* §. *2.* conf. GILKEN. *ad l. 14. C. d. judic. n. 6. ſeqq.* Virtutes præcipuas Judicem exornantes, videlicet Sapientiam, Pietatem, Veritatem & *ἀφιλαργυρίαν vid. Exod. c. 18. verſ. 21.* perſequitur CASP. ZIEGL. *Dicaſtic. Diſſert. Prælimin.* §. *13. ſeqq.* Quoniam igitur *diligens, fidelis & æqualis Juſtitiæ adminiſtratio ab eo exigitur, ut Deum habeat propitium* (quo inſpectore judicat. *l. 14. C. d. Judic.*) *conſcientiam illæſam, & in animadverſionem Principis Superiorumve non incidat. O. P. S. T. I.* §. worinnen. I. ſolicite id agat, quo crimine ac criminis ſuſpicione careat. Quodſi muneris ſui Judex immemor fuerit adverſus affectuum ejus intemperiem Parti non uno modo proſpicitur. Nam metuendum ab una alterave perſona Collegii, numero pollentis, periculum, non illico anſam illud recuſandi præbet, quippe cum iſta perſona ſuſpecta ſecedere debeat & à ſuffragio abſtinere. *l. 17. ff. d. judic. l. 10. ff. d. jurisd. Ord. Cam. P. 1. t. 13.* §. *13.* id quod, pro re nata, per mandatum vel decretum eidem injungi poteſt. BLUM. *Proc. Cam. t. 7.* §. *47.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 320.* imo, ne quidem Director Suſpectus

Collegium non ſtatim ſuſpectum eſt, quando una vel altera perſona ex eo ſuſpicione laborat.

nam iſta ſecedere jubetur.

ſpectus ſtatim facultatem recuſandi univerſum Collegium præſtat: nam iſtius membra jurisjurandi ſui majorem, quam affectus aut reverentiæ intempeſtivæ, rationem habituræ creduntur, niſi forte aliud perſonæ potentia attendi jubeat. *a. clem. paſtoralis. 2. d. Sent. & re jud.* Boer. *Dec. 169. n. 2.* Felin. *ad. c. 1. x. d. judic. n. 6.* Mev. *P. 1. Dec. 194.* quando autem cauſa ſuſpicionis totum Collegium, ejusve majorem partem, vel eam, quæ maximæ eſt authoritatis, concernit, quin Dicaſterium ſ. Collegium queat recuſari haud ambigendum eſt. *a. l. 16. C. d. judic. c. 10. X. d. for. comp.* Carpz. *L. 1. Reſp. 11. n. 22.* Menoch. *d. A. J. Q. l. 2. caſ. 458. n. 11. 12.* Zangер. *d. Except. Part. 2. c. 4. n. 17.*

neque regulariter ob ſuſpectum Directorem Colleg. recuſari poteſt.

quando Colleg. ſuſpectum ſit.

XXIII. Verum fieri ſuſpectus poteſt Judex delegatus. *l. 16. C. d. Judic. c. 4. d. offic. Jud. deleg. in 6.* etiam Commiſſarius Imperatoris. Myns. *cent. 2. Obſ. 52.* item à Domino Territorii datus, ceu reſp. *F. J. L. Menſ. Jan. A. 1700. it. Menſ. Nov. A. 1702.* nec non Judex Ordinarius, Jure Civili & Canonico. *N. 53. c. 3. §. 2. c. 4. x. d. for. comp. l. 9. ff. d. liberal. cauſ. j. l. 2. C. d. ped. jud. l. 16. C. d. jud.* Uffelman. *ad Rittershus. diff. Jur. Civ. & Can. l. 5. c. 8. obſ. 1.* Gonzalez Tellez *ad. c. 61. x. de Appell. n. 3.* Umm. *ad Proc. Diſp. 1. n. 56.* Diſs. Rittersh. *ad Nov. Part. 9. c. 6. n. 78.* Gail. *l. 1. obſ. 33. n. 1.* etiam hodie. Hillig. *ad Donell. l. 17. c. 25. lit. q.* Dn. Stryck. *Uſ. Mod. π. t. d. judic. §. 10.* Carpz. *Proc. t. 3. art. 4. n. 85.* atque tum allegata ſuſpicionis cauſa regulariter ante litem conteſtatam. *l. 16. C. d. Iudic. j. l. 17. ff. eod.* Mascard. *de Probat. V. 2. Concl. 953. n. 34. ſeqq.* deducenda, quia facti eſt, & non præſumitur. *c. 41. verb. tertio. c. 61. x. d. Appellat.* Gail. *l. 1. obſ. 33. n. 16.* Zang. *d. Except. P. 2. c. 4. n. 18.* Cauſas ſuſpicionum certa quidem regula, ob circumſtantia-

*Suſpectus fieri poteſt Judex delegatus.*

*& Ordinarius.*

etiam hodie.

probanda ſuſpicionis cauſa.

*quaenam ſit juſta ſuſpicionis ratio.*

 rum

rum varietatem, complecti vix licet. *a. l. 32. ff. d. uſur.* attamen Advocatus cauſæ, conſanguineus. *c. 36. x. d. appellat. l. 10. ff. d. juriſd.* amicus. *a. l. 3. ff. d. teſtib.* familiaris. *c. 25. x. d. offic. Iud. del.* affinis: ut Socer. *a. l. 4. ff. d. teſtib.* ANT. FAB. *in C. l. 3. t. 1. d. 17.* inimicus. *l. 9. ff. d. liberal. cauſ. id. l. 3. t. 4. d. 4.* à Judicis officio arcetur. ZANG. *d. Except. P. 2. c. 4. n. 20.* atque in eo plurimum judicis relinquitur arbitrio, quia gradus amicitiæ, inimicitiæ, propinquitatis &c. certa lege in univerſum determinatus non eſt. *a. l. 1. §. f. ff. d. jur. delib.* GONZALEZ TELLEZ *ad. c. 61. x. d. Appellat. n. 4.* MENOCH. *d. A. I. Q. l. 2. c. 152. n. 2.* UMM. *ad Proc. Diſp. 1. n. 58.* ob easdem fere cauſas, ex quibus teſtis repellitur, etiam Judicem recuſari poſſe monuit CHRIST. *V. 2. d. 149. n. 3.* interim, cum Judicis filius eſſet unius partis Advocatus, Judicem, tanquam ſuſpectum, propterea haud eſſe ilico removendum cenſuit *F. I. L. Menſ. Febr. A. 1702.* conſ. HUBER. *in Prælect. ad π. t. d. Iud. Poſ. 19.* viciſſim, intercedente demum probabili ſuſpicionis cauſa, recuſantem admitti poſſe ad juramentum perhorreſcentiæ. *a. Cap. 11. §. cum vero. d. Reſcript. in 6. j. l. 16. C. d. Iudic. l. 2. C. d. offic. civil. jud. reſp. Fac. Iur. Lipſ. Menſ. Aug. 1702. ad conſult. C. M. zu B.* conſ. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 317.* GAIL. *l. 1. Obſ. 28. n. 3. ſeqq.* LAUTERB. *de Iurament. perhorreſcent. th. 32. & præced.* Diſſ. FELIN. *ad c. 4. x. ut lite non conteſtata. n. 13.* De cauſa ſuſpicionis judicat non ipſe Judex ſuſpectus. *L. 16. C. d. Iudic.* ſed Superior imploratus. e. g. per modum Supplicationis. *a. l. 18. C. d. Iudiciis.* aut, quando propter iſtud gravamen ad ipſum eſt appellatum. *c. 61. x. d. appell.* &, quando judices delegati ſunt cum clauſula, quod, ſi ambo intereſſe nequeant alter eorum in cauſa procedere debeat, non ſuſpectus de fundamento ſuſpicionis, alteri objecto, cognoſcit,

accedente probabili cauſa etiam parti permitti poteſt præſtatio juram. perhorreſcentiæ.

*Quomodo de cauſa ſuſpicionis cognoſcat Superior.*

gnoſcit, alias delegans. *c. 4. d. Off. Iud. del. in 6.* Zang. *d. l. n. 22.* ceu reſp. *Fac. Iur. Lipſ. Menſ. Aug. A. 1702. ad conſult. C. M.* Z. B. pariter de Suſpicione cognoſcere queunt arbitri eum in finem electi. *c. 61. x. d. appell.* Hodie ad JCtorum Collegia transmitti Acta non raro hoc caſu ſolent, ut ii definiant, utrum abſtinere Judex ab officio ſuo in cauſa debeat, nec ne. conf. Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 315.* Tenditur autem, cum ſuspectus arguitur Judex, per modum Exceptionis, vel alia ratione, ad cauſam, vel perſonis non ſuspectis committendam. *d. c. 61.* vel ad eandem à Superiore avocandam. *d. c.* Mascard. *d. Probat. l. 2. Concl. 953. n. 24.* quod inprimis, Appellatione recepta, jurejurando perhorreſcentiæ dicto, vel eo Supplicantis deſiderio admiſſo, obtinet. *d. c.* Dn. Swend. *l. c. p. 319.* vel ad non ſuſpectum Judicem ſuſpicione quadam laboranti adjungendum. *N. 86. c. 2.* Carpz. *Proc. t. 3. a. 4. n. 89. ſeqq.* atque ſic vota partis, avocationem cauſæ expoſcentis, ſæpe temperantur in Suprema noſtra Provinciali Curia. *id. d. l. Part. 3. Dec. 220. n. 18. ſeqq.*

Delegatus aut delegans.

Arbiter it. Colleg. Jurid.

*Tenditur, cum Judex ſuſpectus eſt, vel ad Commiſſionem non ſuſpectis dandam.*

*vel cauſam avocandam.*

*vel non ſuſpecti adjunctionem.*

XXIV. Nunc in ſpecie *Officium Iudicis excutiemus, quatenus conſiſtit 1) in Litibus præſcindendis & coarctandis per Amicabiles Compoſitiones, Compromiſſa, modosve ſimiles O. P. S. T. I. §.* Beſonders. *II. 2) in Cura circa cauſas pauperum. §.* Ob wie. *III. §.* werde. *IV. 3) in non decernendo Proceſſu ex L. Diffamari, niſi addita ſit diffamationis demonſtratio Supplicationi pro decernenda Citatione. §.* alſo. *V.* Ad lites minuendas perquam ſalutaris eſt Amica Compoſitio, cujus Studium omnibus Judiciis injunctum *O. P. S. T. I. §.* Beſonders. *II.* unde non ſaltem in Regimine Dreſdenſi ea ſollicitudo in cauſis primæ inſtantiæ vel à Conſilio, vel ejusdem Deputatis, ſuſcipitur. *Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 11.* ſed etiam in Curiis Provincialibus. *d. Reſ. Gr. 15. ſ.*

Officium Judicis in ſpecie perſequitur

O. P. S. T. I § II.

§. III. IV.

§. V.

Ad lites minuendas pertinet *Amicabilis Compoſitio.*

 DHGD.

O.H.G.O. t. von des Ober-Hoff-Richters/und der Beyſitzer Amt. §. desgleichen. & Judiciis inferioribus concordia diligenter promovetur, d. gr. C. S. p. 1030. ex quo fit, ut Commiſſiones circa initium litis regulariter dentur ad Concordiam & controverſiam. *fac. c. 1. x. d. mut. pet.* CARPZ. *l. 2. Reſp. 51. n. 9. ſeq.* idemque in Commiſſionibus Cæſareis obſervari teſtatur GAIL. *l. 1. Obſ. 35. n. 1. conf. R. I. d. A. 1654. §. 110.* nihilominus, ut evitetur litium protractio, partes eadem citatione ad tractationem amicabilem, atque in ſubſidium ad controverſiæ ventilationem, vocari expedit. *d. Res. Gr. gr. 11.* Quodſi vero prætermiſſa ſit à Judice Amicabilis Compoſitio, Proceſſus vitio nullitatis haud laborabit, quia hic Actus ad officium Judicis, non Subſtantiam Proceſſus, pertinet. CARPZ. *Proc. t. 10. art. 1. n. 19. ſq.* CASP. ZIEGL. *Dicaſtic. concl. 22. §. 6.* MEV. *ad Ius Lubec. Part. 5. t. 2. art. 2. n. 7.* Judex autem, qui inter tractatus amicos officium ſuum probe cupit exequi, neceſſariâ ſit inſtructus informatione circa Statum Controverſiæ, fundamenta Actionis & Exceptionis, liquida ab illiquidis ſeparet, difficultates vel ſeparatim vel etiam conjunctim partibus ob oculos ponat, ac ſincere tædia litium ab ipſis declinatum eat; qua in re magno uſui eſſe poterit interrogandi licentia Judici permiſſa. *a. l. 21. ff. d. interr. in jur. fac.* & præcipuorum cauſæ momentorum communicatio, ad quam reſpicit *d. Reſ. Gr. gr. 12.* conf. SCHILT. *ad π. Ex. 7. th. 39. 40.* ZIEGL. *d. Concl. 22. § 8.* Quod ſi vero tractatus amici careant effectu, ex iis, tanquam imperfectis, obligatio nulla oritur. *a. l. 35. §. 1. ff. d. contrah. emt. l. 5. §. f. ff. d. jurej. l. 17. C. d. fid. inſtrum.* GOSW. *ad Carpz. P. 1. C. 1. d. 10. verb. Saxonici.* hinc fluit conſueta proteſtatio Litigantium, qui nihil ex his, quæ pendente illa tractatione geſta ſunt, antequam pleniſſime conſenſum fuerit, obſtringe-

[Margin notes:]
n Superioribus & Inferioribus Judiciis ſuſcipienda.

hinc prudenter Citatio ad Concordiam & Controverſiam conjungitur.

Sed omiſſa amic. compoſ. Proceſſus nullitate non laborat.

Cura & Prudentia Judicis in tract. amicab. conjungenda.

quæ inter tractatus geſta ſunt, non ſecuta conciliatione, haud obligant.

quo nomine Partes proteſtari ſolent.

re cupiunt. *a. l. f. ff. naut. caup. ſtab.* ſed, *cum omnis, in ſuadenda transactione amicabili, opera inanis deprehenditur, Juſtitia litigaturis nihilominus adminiſtranda eſt, ſiquidem Judex compoſitiones amicas invitis imperare nequit. O. P. S. T. I. §.* Beſonders. *II. in f. j. c. f. x. d. transact. l. 41. C. eod. l. f. C. ſi contra Jus vel util. publ. Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 15.* CARPZ. *P. I. C. El. 1. d. 11.* etiamſi Princeps judicet, metuendumque ſit, ne partes ad arma perveniant, cum illi malo inhibitionibus, aliisque legitimis remediis, mederi liceat. *a. l. 13. §. 3. ff. d. uſufr. j. princ. prooem. Inſt.* ZIEGL. *Dicaſtic. c. 22. §. f.* conf. FELIN. *ad rubr. x. d. treug. & pac. n. 1. ſeq.* MARTIN. *ad Ord. Proc. Sax. t. 1. § 2. n. 136. ſeq. p. m. 107. ſeq.*

*amica tamen compoſitio imperari nequit.*

etiamſi Princeps judicet.

XXV. *Quando amica compoſitio non ſortitur effectum eo allaboret Judex, ut Proceſſum coarctet per Compromiſſum ſimilemve modum O. P. S. T. I. §.* Beſonders. *II.* ubi dubio procul reſpicitur ad *Compromiſſa Fori Germanici*, quæ ſunt Conventiones in Germaniæ foris receptæ, vi quarum litigantes in Judicem compromittunt & litis ambages reſcindunt, quò controverſia celerius, virtute Juriſdictionis, ſecundum Compromiſſi formam, finiatur. *d. §. II.* conf. *R. I. d. A. 1594. §. 65. 66.* ZIEGL. *ad O. P. S. h. t. §. 2. verb. per modum Compromiſſi.* LAUT. *Tract. Synopt. d. Arb. Compromiſſ. th. 22.* BRUNN. *ad l. 9. ff. d. recept. arb. n. 2.* In Camera Imperiali ea tantum Compromiſſa, quæ conſentiente Judice & Aſſeſſoribus. *fac. l. 3. §. 1. ff. d. recept. qui arb.* fiunt inter perſonas immediate Imperio ſubjectas, jus Auſtregarum habentes, nec non inter illas, quæ, vi conditionis ſuæ, in prima Inſtantia Forum ſortiuntur in Camera, admittuntur. *REC. IMP. d. A. 1594. §. 65.* BLUM. *Concept. Ord. Cam. P. 2. t. 29. id. Proc. Cam. t. 38. § 1. ſq.* LAUTERB. *d. l.* Proceſſus alibi, quam in Camera, expeditur, Sententia verò in hoc Judicio pronunciatur; at Reviſioni locus haud relinquitur, niſi ex Actis de enormiſſima læſione liquido

*Judex Proceſſum coarctat Compromiſſa promovendo.*

*Compromiſſa Fori Germani* deſcribuntur.

Quatenus Compromiſſa in Cam. Imp. probata.

& in iis Reviſio permiſſa.

quido & manifeſte conſtare poſſit. *d. R.J. d. A. 1594. §. 66.* BLUM.*d.l.§.8.* Cæterum *Compromiſſa* Fori Germanici abeunt in *Generalia*, quæ ad omnes compromittentium controverſias generaliter reſpiciunt. *a.l.21.pr.§.6.l.43.l.46.ff.d. recept.qui arb.* LAUTERB.*Tract.Synopt. d. Arb. Comprom. §.4. Formula* talis Compromiſſi *vid. apud* BRUNN.*ad.l.pen.ff.d. recept.qui arb.n.2.* conf.Dn.STRYCK.*Uſ. Mod.* ϖ.*l.4.t.8. §.6. Specialia* Compromiſſa ſunt, quæ ad unam litem vel plures certosve actus judiciales, non ad omnes compromittentium controverſias, pertinent. *a.l.32.§.15.ff. d.recept.* ita in Suprema noſtra Curia Provinciali partes citari ſolent ad Publicationem probationum & compromittendum, wegen der Diſputation Geſetze. conf. *O.P.S.T.29.pr.* Cum vero Compromiſſa hæc plerumque actum magni præjudicii concernant, inſiſtendum tunc eſt regulæ, quæ denegat Procuratori compromittendi licentiam, ſi ſpeciali non ſit inſtructus mandato. *Cap.9.x. d.arbitr.j.l.60.ff.d.procurat.* DN. SWEND.*ad Fib.Proc.p.231. n.143.* ANT. FAB. *in C.l.4.t.26.d.4.* GONZALEZ TELLEZ.*ad d. c.9.n.4.* Dn.RITTER.*Diſſert.d.comprom.German. in Jud.compet.§. 28.* atque *ſic pron. Fac. Jur. Lipſ.Menſ.Nov.A.1700.* Licet autem compromiſſa eo ſoleant explicari modo, quo lites fiunt breviores. *a.c.22.x. d. reſcript.* unde, conceſſa Appellatione ſola, non cenſetur adverſus Sententiam Leuteratio, neque Leuteratione tantum indulta, Appellatio admiſſa. CARPZ.*l.3.Reſp.103.n.15.ſq.* & contra Compromiſſum lata Sententia vitium nullitatis contrahit. *a.l.32.§.15.17.ff.d.recept.qui arb. l.50.ff.eod.* MEV. *Part.1.Dec.100.n.3.* SCHILT. *ad* ϖ. *Ex.12.th.4.* attamen, cum gravato unica ſaltem permiſſa eſt Appellatio, ad Supremum Principis Tribunal, atque is Sententiam illic obtinuit correctoriam, Leuterationem per correctionem onerato indulgeri fas eſt: hoc enim æquitas & probabilis partium intentio expoſcit. *a.l.31.§.1.ff.depoſ.l.219.ff.d.V.S.l.20.ff. d.re-*

*Compromiſſa Fori German. ſunt vel Generalia.*

*vel Specialia.*

fiunt per Procur. ſpecial. mand. inſtructum regulariter.

ita explicantur ut lites fiant breviores.

exemplum.

non tamen deneganda Leuteratio illi, cujus adverſarius per Appell. in Supr. Jud. correctoriam obtinuit.

*d.rejud.j.P.1.C.El.19.* Carpz.*l.3.Reſp.113.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc.p.892.* Dn.Ritter.*d.Diſſert.§.55.* Interim,quia cauſam Judex vi Jurisdictionis tractat, producitur hoc Compromiſſo,ceu alias in judiciis,litis pendentia,appellatio, judicati actio,reconventio. Lauterb. *d. Arb. Comprom. th. 21. n.6.* Schilt.*d.th.4.* Mevius.*P.1. Dec.98. n.3.ſeq.*

in compromi. Fori Germ. judicatur vi Jurisdictionis.

XXVI. His Affinia ſpectemus *Compromiſſa Fori Civilis*, quæ ſunt Conventiones arbitris,à partibus electis, vi Compromiſſi,ſecundum illius normam & reliquum judiciorum ordinem, facultatem judicandi tribuentes. *a. l.11. §.1.4. l.32. §.15. ff. recept. qui arb. recep.l.1. ff. eod.* atque iſta in Judices controverſiæ Ordinarios Jure non dirigi videntur, ſive de Jure Civili quæramus. *a. l.9. §.2. ff. de recept. qui arb. j. l.1. ff. d. jud. l. un. C. ne quis in ſua cauſa jud.* ne in cauſa poſtea judicaturi ſuſpicione laborent, & judicis arbitrique compromiſſarii officia confundantur vel remoræ exponantur. *a. l. 2. ff. d. recept. qui arb. j. l.6. C. d. poſtul.* conſ. Bacchov. *ad πρῶτ. t. d. recept. c.2.n.5.p.m.1239.* Ant.Fab.*in C. l.2. t.35. d.2.* Carpz.*P.1. C.El. 1.d. 15. n. 7.* Dn. Ritter. *d. Comprom. for. Germ. §.3.4.* Diſs. Huber. *in prælect. ad π. d. recept. poſit.3.* ſive de Jure Canonico diſceptetur, quod non tantum arbitri vocem pro arbitratore capit. *c. 2. x. d. arbit.* conſ. Carpz. *c.l.n.8.* Ant.Fab. *d. l.* ſed etiam *c.5. x.d. arb.* caſum, quo compromiſſum ſit in judicem Ordinàrium, haud complectitur, cum Abbas Pegavienſis, altera compromittentium pars,immediate Sedi Romanæ ſubfuerit. Schilt.*ad π. Ex.12. th.3.* præcipue cum manifeſte nullibi contrarium ſit diſpoſitum; ut proinde præſumenda veniat Jurium concordia. *a.c. 1. x. d.Nov.oper.nunc.* & Judices,vi Jurisdictionis judicantes, ab arbitris ſint diverſi. *a. c.7.10. x. d. arbit.* conſ. Ludov. Engel. *Colleg.Univerſ.Jur. Can. Part. 3. lib.5.t. 7.n.6.* Bacchov. *c. l. de quo in Gymnaſio*

*Compromiſſa Fori Civilis* deſcribuntur.

*fieri nequeunt in Judices Ordinarios.*

ſ. Jure Civili.

ſ. Jure Canonico.

*Pole-*

*Polemico Contr. Sel. Jur. Can. D.1. th.8. dictum.* Diſſ. GONZALEZ TELLEZ. *ad. c.5. x. d. arbitr. n. 3.* quod ſi vero obſervantia Fori Civilis compromiſſa in Judices probet, eidem inhæreri poſſe largimur. *a. l.24. ff. ad municip. l.80. ff. d. R. J.* MEV. *P. 1. D. 114. n. 1.* GVID. PAPA. *qu. 69. n. 1.* *Conſtituuntur* autem *Compromiſſa*, præcipue Uſu hodierno, *Conventione vel Simplici vel Pœnali, illa* hodie ſeria voluntate declarata, pro re nata, Condictionem ex Moribus producet, ut arbitrio pareatur, & in ſubſidium id quod intereſt præſtetur. *a. c. 9. x. d. arbitr. j. l. 11. §. 3. l. 27. §. f. ff. d. recept. qui arb. recep.* LAUT. *ad π. t. recept. th. 11.* ſed Pœnalis, in caſum violationis, jus petendi pœnam definitam largietur. *l. 32. l. 34. §. 1. ff. d. recept. qui arb.* & quidem rato manente compromiſſo, quoties id ſpecialiter actum eſt. *l. 16. ff. d. tranſact.* LAUTERB. *diſſ. d. Arb. comprom. th. 40.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 55.* Cæterum in iis, quæ ex Compromiſſo ſpecialem haud receperunt determinationem, ad ſimilitudinem Judiciorum proceſſus formatur. *l. 1. ff. d. recept. qui arb.* proinde Exceptiones dilatoriæ & peremtoriæ uſurpantur, quibus valide renunciatum non eſt. *a. l. 27. §. 4. ff. eod. j. l. 14. C. d. judic. l. 4. §. 4. ff. ſi quis caut. in Iud. ſiſt.* CARPZ. *P. 1. C. El. 3. d. 19. 20.* partes vel per nuncium vel per epiſtolam adeſſe jubentur. *l. 49. §. 1. ff. d. recept qui arb.* advocati *l. 31. ff. eod.* item Procuratores admittuntur. *l. 32. §. 18. ff. eod.* cauſa cognoſcitur & deciditur *l. 21. §. 10. 11. l. 29. pr. §. 1. ff. eod.* teſtes vero, cum Jurisdictione deſtituatur hic arbiter, ab ipſo ad dicendum teſtimonium cogi nequeunt. *a. l. f. ff. d. jurisd. l. 3. C. eod.* LAUT. *d. diſſert. §. 34.*

*niſi* aliud Fori obſervantia receperit.

*Conſtituuntur* Compromiſſa hæc hodie Conventione Simplici vel Pœnali.

*pariunt* Actionem. ad quid ea competat?

pœna ſolvenda rato manente pacto, cum ita conventum.

*Modus Procedendi* apud Arbitros ad ſimilitudinem Judiciorum.

XXVII. Amputatio autem & *Coarctatio litium*, quoad fieri poteſt, *à Iudice ſuſcipienda in cauſis Injuriarum. O. P. S. T. I. §.* Beſonders *II.* ubi partim modus procedendi juxta *Ord. Pol. El. d. A. 1661. t. 5. §. pen.* partim declaratio rei,

*Judex coarctare debet Proc.* in cauſ. injur.

ante

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0048-2

ante litem conteſtatam admiſſa, compendio ſervit. *d. t. 5. §. 6. C. S. p. 1114.* OHGO. *t.* von Schmähe-Sachen §. würde. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 1533.* præcipue autem inter eos, quorum contentiones ſcandalo detrimentove inſigni cedere queunt, declinandæ ſunt injuriarum Actiones: veluti inter Profeſſores. CARPZ. *Jpr. Conſiſt. l. 2. d. 412.* & Clericos. *id. l. 3. def. 101. lites* quoque *leviores* ita veniunt *tractandæ* ut parcatur Sumptibus. *d. §. a. Auth. Niſi. C. d. ſentent. ex peric. recit. id. P. 1. Conſt. El. 1. d 9.* præterea *in Pauperum, conjunctarum & miſerabilium perſonarum, Subditorum & Magiſtratuum Piarumque cauſarum diſſidiis finem eorum omni conatu primo veri fas eſt. O. P. S. T. I. §. II. in fin.* Summarium igitur Proceſſum in his ſimilibusque inprimis tueri locum. *Diſp. I. Proœm. §. 40. 41.* commemoratum.

*leviores.*

*pauperum, conjunctarum, miſerabilium perſonarum.*

XXVIII. Pergimus ad *Officium Judicis in ſpecie, quatenus II. Curam gerit cauſarum Pauperum*, eaque duabus abſolvitur Partibus, quandoquidem *vel circa litis impenſas Pauperi præſtandas. O. P. S. T. I. §.* Ob wir. *III. vel cognoſcendam controverſiæ Juſtitiam. d. §. & Paupertatem illius probandam occupatur. d. T. §.* würde. *IV.* Regulariter quidem Litigantes Expenſas de ſuo in litem facere coguntur. *a. l. 17. ff. d. tutel. & rat. diſtrab.* ſed ea regula exceptionem patitur in caſibus, quibus jura adverſarium ad ſuggerendas parti impenſas compelli cupiunt. *O. P. S. T. I. §. III. verb.* in gewiſſen Fällen von ſeinem Gegenpart. Nempe (*1*) quando litigatur de bonis, quæ pauper ait eſſe communia, vel ad ſe pertinere, & probabili præſumtione adjuvatur. *Leg. 27. §. 3. ff. d. inoff. teſtam. l. f. C. d. ord. cognit. Appellat.* Ordn. *d. A. 1605. t.* von den *Advocaten* der Armen. §. iedoch. *C. S. p. 850.* MYNSING. *Cent. 6. obſ. 21.* ANT. FAB. *in C. l. 3. t. 20. d. 5. t. 21. d. 1.* CARPZ. *Proc. t. 24. art. 1. n. 87. ſeq.* atque ſic, cum peteretur Legitima, reſp. *Fac. Jur. Lipſ.*

Partes ſuis ſumtibus litigant, non adverſarii exc. quando (1) *Pauper de bonis, quæ ait eſſe communia vel propria, litigat, & præſumt. adjuvatur.*

*(2) Pauper alimenta ex probab. cauſa petit.*

*Lipſ. Menſ. Sept. A. 1701.* (2) Quoties pauper de alimentis ex cauſa probabili in judicio litigat, ob neceſſitatem alimentorumque favorem. *a. l. 27. §. 3. ff. d. in offic. teſt. d. l. f. l. 6. §. 5. ff. d. carbon. edict. Appellat.* Ordn. *d.* §. CARPZ. *dec. 242. n. 33. ſeq.* COLER. *d. Aliment. l. 1. c. 14. n. 51.* MENOCH. *d. Præſumt. l. 1. præſ. 35. n. 4. ſeq.* BERL. *P. 1. Concl. 7. n. 46. ſeq.* quod meritò etiam in Uxore, alimenta à marito petente, obtinet. MATTH. de Afflict. *Dec. 10.* pariterque obſervandum eſt, quando Uxor adverſus maritum ad ſeparationem agit. *fac. l. 22. §. 8. ff. Salut. matr.* CARPZ. *P. 4. C. 21. d. 12.* conf. MENOCH. *d. l. n. 18.* (3) Cum bona pauperis ſunt in ſequeſtrum redacta vel Areſto affecta, & cauſam eo nomine contendendi habet. *l. f. C. d. ord. cognit.* MEV. *P. 3. Dec. 280. n. 4. ſeq.* BERL. *P. 1. Concl. 7. n. 53. ubi præj.* BRUNN. *ad l. 27. §. 3. ff. d. inoffic. teſtam. n. 3.*

*etiam à marito.*

*vel ad ſeparationem expetitur.*

*(3) bona pauperis ſunt ſequeſtrata, & de iis probabili ex ratione contendit.*

In Subſidium Pauperi de Sumtibus litis proſpiciendum.

XXIX. Quoniam *Pauperi in iis caſibus, quibus adverſario id injungi nequit, Judicis officio de neceſſariis ſumtibus litis proſpiciendum eſt. O. P. S. T. I. §. III. verb.* oder auſſer denſelben von den Gerichten mit nothwendigem V rlag des *Proceſſes* verſehen werden ſoll. *fac. Cap. 11. §. inſuper. de Reſcript. in 6.* COLER. *d. Proc. Execut. P. 1. c. 2. n. 121.* CARPZ. *P. 1. C. El. 31. d. 34.* HARTM. PISTOR. *l. 1. qu. 20. n. 6.* Huic regulæ inſiſtendum, ſive Cauſa ſit Civilis ſive Criminalis. *O. C. art. 47. j. l. 9. §. 5. ff. d. offic. Proconſ. l. 19. ff. d. pœn.* CARPZ. *Pr. Crim. q 115. n. 20.* BRUNN. *Proc. Inquiſ. c. 8. membr. 3. n. 11.* ac proinde in Defenſione pro avertenda Inquiſitione eum, qui nactus erat Jura Pauperum, honorario Advocati aliove ſumtu non eſſe onerandum *reſp. Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Maj. A. 1700.* certi igitur Advocati Pauperum iisdem gratis patrocinantur. *conf. Appellat.* Ordn. *d. A. 1605. t.* von *Advocaten* der Armen. OHGO. *t.* von den Armen/ſo vor Gerichte zu thun haben. & ſalario eo nomine definito fruuntur. CARPZ. *P. 1. C. 1. d.*

*ſive Cauſa ſit Civilis ſ. Criminalis.*

*gratis igitur Patrocinatur Advocatus pauperum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0050-3

*quo deficiente Judex Advocatum definit arbitrio æquo.*

25. at, cum tales conſtituti non ſunt, iis Advocatus dari ſolet. *a. l. 9. §. 5. ff. d. offic. Proconſ. l. 19. ff. de Pœn.* adhibito arbitrio Judicis. *fac. O. C. art. 88.* qui non præciſe eum, quem litigans petit, eligere tenetur, ſi nullo aut minore ſumto ſimilive juſta ratione motus, circa præjudicium partis, alius opera uti malit, ceu *Supremæ Curiæ Provinciali* noſtræ *viſum Menſ. Febr. A. 99.* atque iſti Patrono cauſæ ex Fiſco ſatisfaciendum eſt. *a. d. art. 47. d. l. 9. & l. 19.* in

*cui honorarium ex fiſco ſolvitur.*

quam Sententiam pronunciavit, & pro tribus defenſionibus 10. th. quantitatem per moderationem definivit, *Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Oct. A. 1700.* welche Gerichts wegen zu übertragen. conf. Ruland. *d. Commiſſar. Part. 1. c. 6. n. 3. ſeq.* neque enim Advocati, extranei præcipue, ad gra-

*maxime cum Advocatus eſt extraneus.*

tuitam operam ſunt obligati. *a. l. 1. §. 10. 12. ff. d. extraord. cognit. c. 16. X. d. præſcript.* Dn. Martin. *ad O. P. S. T. I. §. 3. n. 38. ubi præj.* niſi aliud Jus ſpeciale forique uſus re-

*niſi aliud receptum.*

ceperit. *vid. Ord. Cam. P. 1. t. 19. §. f.* Blum. *Proc. Cam. t. 64. §. 31.* conf. Covarruv. *Pract. quæſt. c. 6. n. 4.* Umm. *ad Proc. Diſp. 2. n. 46.* interim pauper, vel reportata victoria, vel alias factus locupletior, ſumtus in ejus cauſam factos

*pauper factus locupletior ſumtus refundit.*

reſtituere jubetur. *a. §. f. J. d. action. l. 206. ff. d. R. J. Ord. Cam. P. 1. t. 78. R. J. d. A. 1600. §. 6.* Dn. Swend. *ad Fib. Proc. p. 81. n. 53.* Gail. *l. 1. obſ. 43. n. 19.* Præterea Fiſcus quoque

*Fiſcus etiam plerumque gratis litigat.*

gratis apud nos, & multis in locis, lites peragit. Christ. *Vol. 2. D. 150. n. 7.* Cujac. *ad Cod. t. d. Sportul. & ſumt. in f.*

XXX. *Antequam* vero *litigantes ad Jura Pauperum admittantur Sumtusque litis vel ab Adverſario vel ex officio Judicis conſequantur, cognitio Summaria de cauſæ Juſtitia*

Cognitio de Juſtitia cauſæ Pauperum.

*& Paupertate præmittenda eſt. O. P. S. T. I. §. III. verb.* Dieweil. *Ubi, cum Juſtitia cauſæ examinatur, & improbabilis deprehenditur contendendi ratio, Pauper in Curia Provinciali,*

*in Curia Provinciali.*

*tentata amicabili Compoſitione, à Judicio repelli poteſt. d. T. §. IV.* imò, emergente dubio circa fundamentum actio-

nis & competentiam fori, etiam, antequam decerneretur Proceſſus, Libellum exhibere juſſum eſſe paupertate laborantem recordor. *In inferioribus Judiciis, Status cauſæ ad Principem referendus illiusque Reſcriptum expectandum eſt. d. §. IV.* Formula hujus relationis vid. ap. Dn. MARTIN. *ad O. P. S. h. t.* §. *4. n. 5.* itaque, urgentibus circumſtantiis, quin Pauper Juramento calumniæ onerari, eoque præſtito demum admitti poſſit ad cauſæ deductionem, haud ambigimus. Dn. RIV. *d. Except. c. 33. n. 4. ubi præj.* quod ſi expoſtfacto appareat egentium in litigando temeritas, condemnari in expenſas queunt, & in hunc caſum carcere cum carena. *vid. c. 8. X. d. Accuſat. c. 2. X. d. Sponſ. duor.* GONZALEZ TELLEZ *ad d. c. 2. verb. carenam.* LINCK. *ad Decret. l. 5. t 37. §. 5.* coerceri. *a. l. 1. §. 3. ff. d. pœn. conf. R. J. d. A. 1654. §. 166.* BLUM. *Proc. Cam. t. 64. n. 28.* e. g. und daferne Klägerin ſolche (unkoſten) Armuths halber zu erſtatten nicht vermag / wird ſie eine Monats-Friſt / mit Waſſer und Brodt zur Speiſe / in leidliche Verhafft billich genommen und damit beſtraffet / *ceu pron. in Fac. Jur. Lipſ. Menſ. Aug. A. 1700.* conſ. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 79. ſeq.* imò egentibus quoque e. g. in Inquiſitionibus ſatisfactionem pro expenſis per operas, die Unkoſten abzuarbeiten / e. g. in ergaſterio, injungi videas, *ita pron. d. Fac. Jur. Menſ. Dec. A. 1703. Præter cauſæ probabilem juſtitiam de Paupertate allegata cognoſci neceſſe eſt. O. P. S. T. I. §. IV. verb.* nach eingenommener Erkundigung. Quando igitur adducta ſaltem paupertas, illius demonſtratio, die Beſcheinigung / injungi poteſt, vel per Sententiam vel per Decretum ſimilemve modum. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 84.* atque hæc ſuſcipitur inprimis per atteſtata fide digna, veluti Judicis domicilii, quod pauper habet. *Appellat.* Ordn. *t.* von *Advocat.* der Armen. §. iedoch. *C. S. p. 850.* conf. GAIL. *L. 1. obſ. 142. n. 7.* item vicinorum, quibus

*In Jud. inferioribus.*

*locus eſt ex urgente ratione juram. malitiæ.*

*& coërceri poſſunt pauperes in expenſas condemnati carcere cum carena.*

*item præſtatione operarum ad redimendas expenſas.*

cognitio de paupertate requiritur & paupertas demonſtranda eſt.

*per atteſtata ſimilesve modos.*

bus perſpecta eſt ſatis inopia. *a. l. 1. §. 1. ff. d. fluminib. c. 7. X. d. præſumt.* BLUM. *Proc. Cam. t. 64.* §. 24. GAIL. *l. 1. obſ. 142. n. 6.* plena enim probatio haud exigitur, cum ejus defectum accedens juramentum paupertatis ſuppleat, & ſuſpicionem facultatum occultatarum removeat. *a. l. 31. ff. d. jurejur.* CARPZ. *P. 1. C. 23. d. 14.* adeoque Rotulus atteſtationum à Notario confectus eo caſu, quo Pauper cum Domino Juriſdictionis litigabat, admiſſus *in Sup. Cur. Prov. Lipſ. Menſ. Nov. A. 1695.* vid. BLUM. *Proc. Cam. t. 64.* §. 25. & in caſu ſimili à magiſtratu ejus, qui pro paupere ſe gerebat, Præfectoque vicino exacta illic relatio de perſonæ indigentia. *Menſ. Aug. A. 1699. j. R. J. d. A. 1600.* §. 9. BLUM. *c. l.* §. 26. Quis vero hoc loco Pauper dici mereatur relinquendum regulariter Judicis arbitrio, ex circumſtantiis æſtimandum. *a. l. 32. ff. d. uſur. j. l. 18. §. 1. ff. ſolut. matr.* GAIL. *l. 1. obſ. 142. n 7.* MENOCH. *d. A. J. Q. l. 2. caſ. 65. n. 7.* CARPZ. *P. 1. C. 23. d. 14. n. 7.* conf. BERL. *P. 1. concl. 7. n. 89. ſeq.* quò reſpicit formula juramenti: Ich N. N. ſchwere/daß ich in meinem Vermögen ſo viel nicht habe/daß ich die Gerichts-Gebühren erlegen/ und einen Advocaten beſolden könne. *j. Appellat.* Ordn. *t.* Armen Partheyen Eyd. *C. S. p. 850. Ord. Cam. Part. 1. t. 78.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 81.* at, quando Judicium certam quantitatem patrimonii definivit, qua deſtitutus numero pauperum accenſeatur, illi inhærendum eſt. e.g. *in Suprema Curia Provinciali* noſtra, qui ultra *75. aur. rhen.* OHGO. *t.* von den Armen/ſo vor Gericht zu thun haben. *C. S. p. 133.* in aliis nonnullis Saxoniæ Judiciis, qui ultra *50. aur.* uſitatos in bonis non habet, pauper exiſtimatur. *j. l. 10. ff. d. accuſat.* COLER. *Proc. Exec. Part. 1. c. 2. n. 121.* BERL. *P. 1. Concl. 7. n. 92.* nec intereſt, utrum partis paupertas ab initio deprehendatur, an pendente lite ſuperveniat. *a. O. P. S. T. I.* §. ob wir. *III. j. l. 8. ff. d. publ. in rem Act.* BLUM. *Proc. Cam. t. 64.*

*plena probatio haud exigitur, accedit enim juramentum paupertatis.*

Pauper æſtimatur arbitrio Judicis.

*niſi illum judicia ex certa quantitate cenſeant.*

*ſive quis pauper ſit ab initio ſive pauper lite pendente fiat.*

Juram. Paupertat. præſtandum, *ac de eo regiſtratura Actis inſerenda.*

etiamſi 1) *litiget filiusfam.*

2) *juratum olim in alia cauſa.*

3) *defunctus juraverit & hæres litigare pergat.*

§. 35. Atque *hoc juramentum actu præſtandum ac de eo regiſtratura ad Acta referenda eſt. O. P. S. T. I.* §. würde. *IV.* nec liberat ab iſto jurejurando ſola filiifam. conditio. *a. l. 6. l. 8. C. d. bon. quæ liber. Nov. 117. c. 1.* ceu obſervatum in *Supr. Curia Prov. Lipſ. Menſ. Maj. A. 1695.* neque juramentum olim in alia cauſa perſolutum, cum quis interim poſſit factus eſſe locupletior. Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 82. n. 1.* conf. BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 37.* neque à defuncto dictum: nam illud perſonale eſt, & ab hærede etiam paupertas demonſtranda & jusjurandum præſtandum venit. MYNS. *cent. 1. obſ. 81.* DN. SWEND. *c. l. p. 83. ſeq.*

De non decernendo Proceſſu ex L. Diffamari, niſi diffam. quodammodo demonſtrata ſit remiſſ.

Supplicatio pro impetr. Citat. deſcrib.

eſt 1) *vel Verbalis vel Scripta.*

2) *vel cohærens Libello vel ab eodem ſeparata.*

XXXI. *Officium Judicis in ſpecie III. conſiſtit in non decernendo Proceſſu ex L. Diffamari, niſi Probatio aliqua Diffamationis ſit Supplicationi pro decernenda Citatione inſerta. O. P. S. T. I.* §. alſo *V.* quod cum *Diſp. II. th. 25.* explicatum ſit, unum hoc reſtat, ut paucisſimis *Supplicationem pro impetranda Citatione* conſideremus. Hanc *deſcribere licebit*, quod ſit humilis imploratio, Judici competenti inſinuata, continens ſummariam controverſiæ commemorationem, cum Petito de Proceſſu decernendo reoque citando. *a. l. 1. l. 2 C. d. prec. imp. offer. Dividitur 1) in Verbalem*, quæ viva voce fit, & *Scriptam*, quæ ſcripto comprehenditur. BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 3. 4.* UMM. *ad Pr. Diſp. 5. n. 7.* illa in cauſis levioribus inprimis hodie frequentatur. 2) *in Cohærentem cum Libello, & ab eodem Separatam. Illa* cum Libello continua oratione proponitur. vid. Formulam ap. NICOL. *Proc. c. 2. n. 30.* DN. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 1135. Hæc* ad inſertum Libellum ſe refert. Dn. STRYCK. *Introd. ad Prax. Forenſ. c. 3. §. 8. 9.* Dn. SWEND. *ad Fib. Proc. p. 87. n. 57. Requiritur* autem *in Supplicatione pro impetranda Citatione 1) Exordium*, nempe honorifica Judicis compellatio, cujus nomen in Camera exprimendum eſt. BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 7.* Regimina Principum Comitumque, etiamſi

Requirit 1) Exordium, *nempe honorificam Judicis compellationem.*

*in Regim. Princ. Suppl. ad ipſos Principes dirigi ſolet.*

iamſi Cauſæ per Conſiliarios expediantur, deſiderant plerumque Supplicationes ad ipſos Principes Comitesque dirigi, adeoque Stylo recepto haud convenientes non raro rejiciuntur. NICOL. *Proc. Jud. c. 2. n. 20.* Stylus igitur Curiæ diligenter obſervandus eſt. 2) *Supplicantis & Rei Nominis & Cognominis expreſſio*, quæ ſic facienda ut ſatis conſtet de vocandis conſortibus litis; unde plures hæredes tutoresve manifeſte exprimendi veniunt. *Ord. Cam. P. 1. t. 22. §. 4.* at in Univerſitatibus generalis appellatio. v. g. Bürgermeiſter und Rath ſufficit. UMM. *Proc. Diſp. 5. n. 8.* &, cum periculum eſt in mora, nonnunquam unius rei nominatio, & oblatio ad nomina reliquorum ſignificanda inpoſterum, haud negligitur in Cancellaria, expeditione citationis, usque ad plenariam partium nominationem, dilata. BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 10.* 3) *Facti* congrua, brevis, & perſpicua *narratio absque concluſione*, ut per illam de ſpecie controverſiæ Judicium ſatis inſtruatur. *Appellat.* Ordn. *d. A. 1605.* von Ausbringung der Ladung. §. und ſollen. UMM. *d. l. n. 10. 11.* Dn. MART. *ad O. P. S. T. 1. §. f. n. 97.* 4) *Cauſa impulſivæ agendi & petiti* concludentis *expreſſio*: nam ſi petitum ex antecedentibus haud fluat, eidem deferri nequit, adeoque tum datur reſolutio in noſtra Supr. Curia Provinciali: wie gebeten / abgeſchlagen / conf. Dn. STRYCK. *introd. ad Prax. c. 3. §. 6.* &, cum ſimpliciter petito non relinquitur locus. N. iſt mit ſeinem Suchen abzuweiſen / veluti quoties notorium fundatam non eſſe Judicii in cauſa Jurisdictionem. GAIL. *l. 1. obſ. 131. n. 4.* (5) *Concluſio complectens oblationem officiorum una cum loci, temporis ſupplicantisque ſubſcriptione*, quam apud nos vel facit Principalis, vel nomine ipſius ipſe Procurator, als Anwald / id quod, deficiente Principalis præſentia, obſervari cupit *Ord. Cam. P. 1. t. 22. §. 7.* conf. BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 59.* atque hic Mandatarius *juxta d. O. C. §. 6.* vel Mandatum ſimul exhibere vel de rato cavere debet. BLUM. *Pr. Cam. t. 64. § 56. j.* ILIC. UMM. *ad Proc.*

2) Supplicantis & rei nominationem.

3) Facti *congruam* narrationem *absque concluſione.*

4) Cauſæ impulſivæ agendi & petiti expreſſionem.

5) Concluſionem.

*Subſcript. Supplic. vel fit à Principali vel Procuratore.*

*Jur. Sax. El. Actuar. exigere debet à Supplicante Legitimat. Gvarand. Caut. pro reconvent. & expenſ.*

*Proc. Diſp. 5. n. 13. Jure* autem *Sax. El.* ab eo, qui tanquam Procurator Supplicationem exhibet, antequam emittatur Citatio, per Secretarium, Proto Notarium vel Actuarium exigenda Legitimatio, nec non Gvaranda, item cautio pro reconventione & expenſis, dummodo Actor ab iſta haud ſit immunis vi *Mand. Dippoldiſw. d. A. 1691.* §. 4. & *Reſ. Gr. d. A. 1653. 57. gr. 17. C. S. p. 1103.* NICOL. *Proc. Jud. c. 1. n. 26.* Cauſæ Patroni etiam præter Clientes *in d. Reſ. Gr. gr. 35.* Supplicationes, tanquam Concipientes, ſubſcribere jubentur. Formulas Supplicationum exhibet NICOL. *Proc. c. 2. n. 33. ſeqq.*

*etiam Concip. ſubſcriptio neceſſaria.*

*Affinis eſt* Supplicatio pro 1) Mandato extrahendo.

XXXII. Prope ad memoratas *Supplicationes* accedunt eæ, quæ ſuſcipiuntur *1.) pro Mandato extrahendo*, in quo fundamenta, ex quibus illud impetrari queat, cum conveniente petito, ſunt deducenda. Inprimis vero in Camera Imp. ſi Mandatum ſine Clauſula petendum fuerit, cauſa iſtius concedendi legitima demonſtranda eſt. *R. J. d. A. 1654. §. 79.* BLUM. *Proc. Cam. t. 64. §. 17. conf. Diſp. I. Prooem. th. 53.* 2) *ad Gratioſum Negotium à Principe impetrandum. fac. l. 7. C. d. prec. imp. off.* ubi, præmiſſo Principis Titulo, factum una cum circumſtantiis neceſſariis narratur, cauſæ, quæ ipſum movere queant, breviter & nervoſe recenſentur, iisque conveniens petitum, addita negotii & perſonæ commendatione ſubjectiſſima & nominis ſubſcriptione, annectitur. Dn. STRYCK. *Introduct. ad Prax. c. 3. §. 17.* Quodſi Princeps Supplicato detulerit per Reſcriptum, de illius validitate non eſt temere diſputandum. *l. 5. C. d. diverſ. reſcript. j. c. 20. X. d. Reſcript. l. 1. C. d. petit. bonor. ſublat. Mand. El. de d. 28. Jan. A. 1579.* §. letzlichen. *C. S. p. 547.* MENOCH *d. A. J. Q. l. 2. caſ. 389. n. 19. ſeq.* AYMON CRAVETTA *Conſ. 241. n. 2.* idque perpetuam authoritatem regulariter, Jure Civili & Canonico, habet. *l. 2. C. d. diverſ. reſcript. c. 16. d. R. J. in 6. j. c. 23. X. d. reſcript.* LAUTERB. *Concl. for. Exer. 3. th. 4.* FACHIN. *Controv. l. 8. c. 65.* Diſſ. ANT. FAB. *in C. l. 1. t. 12. d. 6.* UNGEBAUER. *ad Decret. l. 1. t. 3. n. 10.* conf. GUID. PAPA *q. 153. n. 1.*

2) Gratioſo Negotio à Principe impetrando.

*ad quod emiſſum ſi fuerit Reſcriptum de illius validitate non temere diſputandum.*

*idque perpetua authoritate pollet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0057-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0058-8

Leipzig, Diss., 1704

ULB Halle 3
004 858 867

TA → OL
nur 1 + 5 Stück verknüpft

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0059-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0060-9

14534.

XX

1704, 11

# TRACTATIONIS SYNOPTICÆ PROCESSUS JURIS COMMUNIS ET INPRIMIS SAXONICI ELECTORALIS

*DISPUTATIO TERTIA*

QUAM
INDULTU
MAGNIFICI JCTORUM ORDINIS
IN
ACADEMIA LIPSIENSI
*SUB PRÆSIDIO*

DN. D. LÜDERI MENCKENII,
PROF. PUBL. SUPREMÆ CURIÆ PROVINC.
ET FACULT. JURID. LIPS. ASSESSORIS,
PATRONI ATQUE PRÆCEPTORIS SUI SUBMISSO HONORIS
CULTU ÆTATEM DEVENERANDI,

IN AUDITORIO JCTORUM
PUBLICO ERUDITORUM EXAMINI
SUBMITTET

JOH. FRIED. TROPPANNEGER,
DRESDENS.

*AD D. XI. SEPT. A. M DCC IV.*

*LIPSIÆ,*
Typis IMMANUELIS TITII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-254618-p0061-4